






1
6
256











1.6.256



De scriptorib⁹ eccl'iasticis

Disertissimi viri Johannis de Trittehem abbatis Spahemēsis De Scriptoribus ecclesiasticis collectanea: Additis nōnullorū ex recētiorib⁹ vitis & noībus: qui scriptis suis hac nostra tēpestate clariores euaserunt.



Venūdatur Parrhisi⁹ A magistro Bertholdo Rembolt (vbi impressus ē.) Et a Joāne paruo: In vico sancti Jacobi sub sole et lilio aureis: quorū expēsis īpress⁹ ē.

¶ Docto ac præstanti viro dño Iohanni de Amerbach in artibus
liberalibus Parisiensi magistro: Frater Iohannes de Lapide mo-
nachus ordinis Carthusieñ. sacrarũ litterarũ humilis & indign⁹ ei
usdẽ studii professor: plurimã in dño salutem optat.

EXhibuisti mihi nuper amantissime frater in dño: librum
quendã a reuerendo doctissimoq; patre dño Iohanne de
Trittenhem abbate in Spanhem ęditũ: & de Ecclesiasti
cis scriptoribus prætitulatũ: postulans vt eũ legendo respicerẽ: &
si dignũ tua impræssione censerẽ: qua multiplicãdus in noticiã &
vsum plurimorũ venire posset: te operã daturum vt res citius ꝑfice
retur spondebas. Ego dilectioni tuæ (cui nihil me negare fas est)
morẽ gerere cupiens: animoq; voluntario ac prompto illũ in man⁹
suscipiens legi (quãq̃ apud te iam definitũ suspicarer quid esses fa-
cturus) Quo diligẽter perspecto & examinato: nõ reperi vllũ op⁹
oportunius his nostris tpibus man⁹ meas incidere potuisse: quod
mihi acceptius & cunctis litterarũ: ac veritatis amatoribus vtilius
magisq; necessariũ existimauerim. Inueniunt̃ etenĩ multa præcla
ra volumina: quorũ cum tituli & auctores vel incogniti vel incerti
habeant̃: fit vt inter apocrypha deputent̃. Et ea inde in neglectũ
& in contemptũ penitus venire: nemo qui recte sapit ignorat. Re
periunt̃ præterea & nunc præsertim inter libros impræssos pluri-
mi: quos suis auctorib⁹ iniuste detractos & alienis falso asscriptos
esse cognoscimus. Quod vtrũ librariorũ ignorantia: an odio vel fa
uore: aut vtilitatis cuiusuis gratia factũ sit: meũ nõ est diiudicare.
Eo tñ fit: vt & illi afficiant̃ iniuria: & isti aliorũ studiis vane laudẽ
tur: lectoribus quoq; varia errandi præstet̃ occasio. Opere præciũ
igitur erat vt huiuscemodi vitiis & erroribus quoquo modo occur
reretur. Quod mea sententia neq; cõmodius: neq; satius effici po-
terat: q̃ vt e doctorũ virorũ numero quispiã vniuersos qui recte de
rebus honestis scripserũt: siue vita defuncti sint: siue adhuc ea fungã
tur: quo ad fieri posset: in vnũ colligeret volumen: singulis singula
sua opera adnectẽdo. Verũ cũ huiusmodi officiũ perdifficile sit &
ĩmensi laboris: virũ requirẽs industriũ: eruditũ: rerũ gestarũ cogni
torẽ: lectionisq;: ac librorũ reuolutionis infatigabilẽ: nõ est quisq̃ in
uentus vsq; ad hoc præsens tempus qui hoc attemptare ꝓsumpse-
rit: preter illũ ante memoratũ dignissimũ virũ: qui (haud dubiũ) di
uino spiritu afflat⁹ & suscitatus: ausus est id aggredi & peruigili suo
studio: singulari adinuento modo & ordine: narratione vera: elegã
tiq; sermone: cœpit ac fœliciter perfecit. Cui reuera totus litterato

rum præteritorū: præsentiū: futurorūq; cœtus minime condignas ac debitas reddere poterit gratias. Habes itaq; iam vir optime qd de oblato mihi libro sentiā: & quanti eum ego faciā. Quā ob causam meo nō solum consilio: sed & hortatu atq; rogatu curare velis vt q̄totius fieri possit impræssioni tuæ illum subiicias & perficias Sic enī omnes bonarum artium cultores vna cū collectore tibi facies sempiterna laude: ac memoria obnoxios. Condignā præterea mercedē a remuneratore omniū pro gloria sua laborātium altissimo deo recepturꝰ. Vale fratꝰ amantissime: Ex domo Carthusieñ. Basilꝰ. v. Calend. Septēbris. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

¶ Ad Lectores commendaticium carmen.

Cristigena quisquis gaudes auctore doceri
 A c animum pasci fertiliore cibo.
Huc ades/& claros ex omni tempore scribas
 Perlege: quos paucis ista tabella notat.
Inuenies quæ digna legi: quæ digna reponi
 Pectore: quæ veram dantq; probantq; fidem.
His animū studiis pasces: quibus ætheris arcem
 Et paradisiacum limen adire queas.
Vita breuis: veterū prolixa scientia rerum
 Et tamen in nugis tempus inane teris.
Hos imitare/quibus possis componere mores.
 Hos lege quos noris esse salutiferos.
Vnus hic electos imitari posse docebit:
 Vnus hic ingenioꝰ pabula vera dabit.
Vnus hic ostendet q̄ sit fecunda disertis
 Et fecunda bonis ecclæsia ingeniis.
Hoc igitur modico: sed iusto quære volumen
 Aere: dabit gratis cætera calcographus.

Annotatio Scriptorũ ĩ hoc opere commemoratorũ: cũ appositione numeri ordinem & locum vniuscuiusq; eorum demonstrantis.

S. Bonau.ra Balneoregiensis Card.lis
fol. 102. sub nomine [illegible]

Annotatio scriptorum

Annotatio scriptorum in hoc opere cōtentorum

τελοσ

¶ Reuerendi patris dn̄i Iohãnis de Trittenhem abbatis Spanhemēsis: ad venerandū doctissimūq; virū: patrē Albertū Morderer Epistola responsiua: rationē reddēs: cur inter ecclesiasticos scriptores multos sæculariū litterarū professores posuerit.

FRater Iohannes de Trittenhem abbas in Spanhem: ordinis sancti Benedicti: fratri Alberto Morderer: ordinis minorū de obseruantia: amico salutē dicit. Mirari te dicis (Alberte amātissime) ꝙ professores sæculariū litterarū qui nihil ecclesiasticū scripserūt: inter viros illustres ecclesiasticosq; scriptores posuerim: cū harū rerū scriptores Hieronymus: Gennadius: Isidorus: Honorius: Sigebertꝰ: & reliqui doctorū censores id minime fecisse inueniant: indignū iudicans: vt sæcularibꝰ disciplinis intēti: qui nihil ad ecclesiæ vniuersalis ædificationē laborarūt inter ecclesiasticos scriptores locū sortiat. Nō miror ꝙ miraris: mirant & cæteri. Tibi ergo respondēdo satisfecerim oībus: qui eadē opinione tenent. Et primo quidē cur alii nō fecerint qd̄ me fecisse miraris: nihil ad me pertinet: ego vero quare fecerim quod illi nō fecerunt breuiter narrabo. Equidē bonarū artiū professores in fide catholica manētes: philosophos: oratores atq; poetas: qui vtile honestūq; in sua facultate quippiā scriptitāt: ego indignos catalogo il

X

lustriũ virorũ nequaꝗ̃ censeo: quos iuuare ecclesiã suis lucubratio=
nibus nõ ignoro. Neqꝫ enĩ satis eruditũ ĩ diuinis scripturis quemꝗ̃
dici posse arbitror: vbi sæcularis litteraturæ disciplinam ignorarit
Quomodo aũt eam discet theologꝰ: si nõ sit qui tradiderit? Quis
nesciat quantũ christianus & fidelis philosophus prosit ecclesiæ: ꝙ
gentiliũ errores destruit: argumẽta & fallaces syllogismos aperit:
dogmata infideliũ cõfundit? Lege veterũ historias: & ĩuenies ge=
sta fidẽ astruere verbis. Quotiens orthodoxi philosophi calliditá=
tẽ hæreticorũ disputando destruxerint: gentiles superarint: scisma
ticos vicerint? Quid multis vtar? Oĩs theologorũ schola: a philo=
sophia iam studendi sumit exordiũ: adeo vt theologus esse nõ pos
sit: qui prius philosophus apud eos nõ extiterit. De oratoribus q̃d
dicã: sine quorũ magisterio infructuosum antiqui oẽm censebant
theologũ: quippe qui bona quę didicisset aliis persuadere nõ potue
rit. Rhetor enĩ figuras scripturarũ reserat: tropos dilucidat: dissol=
uit nodos: colores ostẽdit: dubia enucleat: vmbras verborũ efficit
claras. Qui dũ oratoris assumit officiũ: facile hęreticorũ allegatio
nes destruet: atqꝫ ꝯuincet errores. Quis deniqꝫ boni oratorꝭ laudes
digne prosequi valeat: si quantũ in ꝑsuadendo possit diligẽter pen=
sat? O vtinã omnes theologi nostri tpis oratoriã colerent: quantũ
ĩ ecclesia dei suis exhortationibꝰ fructũ producere possent? Theo=
logus orator: animos auditorũ suorũ in potestate sua habere dicit̃
ad cuius ꝑsuasiones ad ea quæ sancta & iusta sunt facile mouẽtur.
Sed neqꝫ poetas christianos abiicimus: quos theoriæ nostræ ma=
gis appropinquare nõ dubitamꝰ: qui sub vmbra rei geste vel fictæ
quid agendũ fugiendũue sit nobis dulci cõpẽdio demõstrant. Neqꝫ
ignoramus quantã iniuriã hodie suscipiant poete a theologis qui=
busdã indigestis et crudis: qui oẽs poetas vna sententia damnant:
mendaces eos asserentes atqꝫ turpiloquos: quasi nõ possint esse ve
races & boni: qui carmĩa veterũ imitant̃ poetarũ. Absit poetã bo
num esse nõ posse atqꝫ veracẽ: qui sanctos patres Augustinũ: Hie=
ronymũ: Seduliũ: Prudentiũ: Bedam aliosqꝫ innumerabiles ĩ hac
arte habuit præcessores. Sed nõ est mei officii neqꝫ huiꝰ temporis
horũ ignauiã redarguere. Vt ergo claudã epistolam: ego philoso=
phos: oratores: poetas: cæterarũqꝫ bonarũ artiũ cultores fideles &
christianos: qui aliquid vtile scripserunt ecclesiasticis scriptoribus
cõnumerandos existimaui triplici ratione. Prima ꝙ eorũ opuscula
ad scientiã sanctarum scripturarũ: non modicum conducere po sse
arbitratus sum. Secunda ꝙ verisimile mihi visum sit eos aliqua ec
clesiastice scripsisse quæ me lateant. Vltima ꝙ occasionẽ sibi ꝑ nos

datam intelligant: vt ecclesiastice deinceps scribentes: locum susce ptum condignis laboribus exornent. Tantos ergo viros ecclesiæ catholicæ tam vtiles: tu ne reiiciẽdos existimas? Absit a nobis vt tam temeratam illis iniuriam irrogemus: qua nos credant æmulationis studio prouocatos non ratione pietatis. Dicantq; nobis illud quod vulgo iactatur prouerbium. Scientia non habet inimicũ nisi ignorantem. His itaq; breuiter tibi respondere volui: vt scires non sine causa factum: quod factum ante mirabaris. Vale: nostri memor ad deũ in orationibus tuis. Ex Spanhem. iiii. nonas Aprilis. Anno domini. M.CCCCXCII.

¶ In laudẽ Catalogi scriptorꝝ ecclesiasticorꝝ optimi p̄ris Iohãnis de Trittẽhem abbatis Spanhemẽsis: cõmẽdatio Sebastiani Brãt

Scriptores quicũq; velis nouisse probatos
Ecclesiæ: & quicquid quisq; decoris habet:
Abbatis docti legito hoc epitoma Iohannis
Ex Spanhem: sua quem vita diserta probat.
Ordinis instaurat prisca hic ceu dogmata patrũ:
Vtq; Benedicti iura sacra ille nouat:
Sic veterũ curat scriptorũ nomina sparsa
Cõportare: vno colligere atq; libro.
Catalogũ ponit: quo tempora supputat: & quid
Scripserit auctorũ tam veneranda cohors
Vendicat a carie tot nomina digna virorũ:
Sub pedibus temnit quos modo tempus edax.
Et mirũ est potuisse vnũ tot in ordine dignos
Aut legere: aut tantos cõmeminisse viros
Vt plane addubitẽ: si fors non legerit omnes:
Visa sit e cunctis pars sibi multa tamen.
Quo fit vt in numerũ doctorũ iure reponã
Hunc quoq; magnanimũ perspicuũq; virum.

¶ Disertissimi viri Reuerendiq; in christo patris: domini Iohannis de Trittenhem abbatis Spanhemensis: ad Reuerendissimũ in christo patrem: dominum Iohannem de Dalberg Episcopum Vuormaciensem. Epistola.



Euerendissimo in christo patri et dño: dño Iohanni de Dalberg diuina prouidẽtia Vuormaciensi Episcopo: Frater Iohãnes: vocat⁹ abbas in Spanhem: ordinis sancti Benedicti: modicũ id quod est. Cõsueuerunt olĩ veteres (reuerẽdissime pater) si quid operis noui cudissent: vt robur et firmitatẽ acciperet perpetuã: id viris dicare præstantib⁹: quaten⁹ æmulorꝝ lingua venenata lumĩe maiestatis reuerberata: dẽtẽ praui morsus nusq̃ valuisset infigere. Nec eos fallebat opinio: q̃ ex humilitate pcessit: cũ doctis semp præsulibus amica sit in subditos laudib⁹ attollẽda benignitas: quæ bonorũ studia remunerat: prauorꝝ coercet. Hoc nostri quoq; vetustatis exẽplũ pro posse imitãtes: opera quæ scriptitant dicata ecclesiarũ prælatis ac viris doctiorib⁹ solent submittere: vt eorꝝ auctoritate comprobata: secure valeãt in publicũ prodire. In lucẽ enĩ sine timore prodeũt: quæ testimonio pontificis fulciunt̃. Nemo quippe ni stolid⁹ facile accusat: qđ iudicio maiorꝝ cõprobari nõ ignorat. Tuto quiescit innocẽtia oĩuũ: quã pastoris boni miseratio contuetur. Cũ igitur exempla veterũ nobis sint incitamẽta virtutũ dignum est vt eorꝝ imitemur mores sacros: quorꝝ canim⁹ laudes: quaten⁹ dũ nos ex illis atq; ex nobis alii proficiũt: ordo ecclesiasticæ hierarchie inuiolabilis perseueret. Et licet minor sim q̃ vt meis opusculis quẽpiam delectari cõfidam: id tamẽ qđ habeo in dñi gazophilaciũ humiliter offerre institui: in quo Crœsi diuitiis æra duo viduæ iure preferunt̃. Cũ itaq; nuper ad instãtiã amicorũ Librum de scriptorib⁹ ecclesiasticis multo labore comportassem: queãdmodũ res ipsa testatur: ne vestigiis veterũ oberrarẽ: hunc ipsum laborem meũ alicui viro doctissimo et ecclesiastica dignitate præstãti submittere decreui: cuius auctoritate et beniuolẽtia dẽtes inuidorꝝ sine morsu trãsiret. Cũq; hinc multa cogitatio mihi succreuisset: cui eandẽ lucubratiũculã confiderẽ gratiorẽ: se multi obtulere vacillãti: de quorꝝ doctrina et beniuolẽtia spes nõ modica promissa vigebat: inter quos tu mihi pater reuerendissime: potior: eminẽtior: doctiorq; occurristi: qui oẽs doctrina vincis: et eruditiõe su

peras vniuersos. In te nobilitas generis alti relucet: episcopalis auctoritas eminet: honestas morũ conspicitur: bonarum artiũ omnimoda scientia collaudatur. Nũ talẽ poterimus virum præter te vsq̃ inuenire: in quo hæc oĩa simul concurrant? Inter alemanos nemĩnẽ tibi pater reuerendissime noui æqualẽ: in quo genus: dignitas et eruditio tanta refulgeant. Non loquor ad aurẽ: testis assit omĩpotens: nec blandus capto laudator: quoniã germania omĩs te virũ vndecũq; peritissimũ nõ ignorat. Te colũt docti: te nobiles ac principes obseruãt: tu nobis qđ Plato narratur fuisse Antimacho: tuo comprobatus eloquio: doctus merito iudicatur. Publica fama quæ non mentitur agnouimus: q̃ profunda scientia in sacris litteris tibi abũdet: q̃ perspicax interpretatio iuris: quãta deniq; suauitas: dulcedo: leporq; dicẽdi ac perorandi: vt doctissimis viris quorum in catalogo mẽtionẽ fecimus: te pferendũ nõ dubitemus. Testantur hoc lucidissime orõnes quas habuisse diceris: testantur eplẽ: testantur epigrãmata plura. Siquidẽ clarissima nõis tui fama: nõ solũ nr̃is Germanis: sed et italis et Gallis cũ laude innotuit. Hinc subiit animũ vt tãto tibi põtifici subiectũ opus de scriptoribus ecclesiasticis inscriberem: dicarẽq; tuo nomini: quatenus sub vmbra pontificalis culminis quiescerẽ securus. Sed dũ intueor corusci luminis in te splẽdorem: reuerberor: retrahor: totusq; formidie tãtæ maiestatis tuæ concutior: ne forte tibi patri sublimi atq; doctissimo scientia: merito et dignitate prorsus inferior: inde displiceã: vnde placere præsumebam. Scio enĩ occupationes tuas plurimas: & sacrata studia nõ ignoro: quibus molestus esse meis neniis nõ deberẽ. Sed animat me doctrina tua: quã benignitas et humanitas tua cũctis reddit amabilẽ: quippe quæ litteras nullius abhorret: nemineq; indignũ suo censet alloquio. Ad tuã celsitudinẽ igitur quãq̃ infirmus sim accedo: tibi præsens opusculũ humiliter submitto: te iudicẽ illius ac defensorẽ constituo. Suscipe quæso pater reuerendissime atq; doctissime hãc nostrã qualẽcũq; lucubrationẽ: examina: iudica et defende: eamq; si dignã iudicaueris benigno fauore psequere. Et qui veterũ scripta continua lectione reuoluis: eorum quoq; si quando vacat catalogũ digneris inspicere. Ego aũt adhuc nulli p̃sens cõmunicaui opusculũ: donec agnoscam id tuæ auctoritatis testimonio cõprobatũ. Expectãt illud amici: impræssores præstolantur: sed paternitatis tuæ sententiam omĩbus censeo præferendam. Indulgeat mihi oro clementissima paternitas tua: quod auribus occupatis

in arduis: ineptias meas praesũpserim reserare: quia tãta mihi de tua humanitate: mãsuetudine et benignitate fiducia est: vt de beniuola susceptione nostri cathalogi: minime liceat dubitare. Et p maximis cõputabo delitiis: si te meis lucubratiũculis agnouero delectari. Vale Reuerendissime pater et me famulũ tibi deditissimum cum destinato volumine habeto commendatũ. Ex Spãhem: sexto Calend. maii. Anno dñi. M.cccc.xcii.

Eiusdẽ Reuerẽdi patris. domini Iohannis de Trittenhem in Librum de Ecclesiasticis scriptorib⁹: Prologus.



Vltorũ instãtia saepe rogatus sum vt librũ quẽ de scriptorib⁹ ecclesiasticis olim inchoauerã: iã pro noticia librorꝝ habẽda: quãdoq̃ nacta oportunitate pficiã. Diu fateor distuli: ne si tã ardua inconsulte aggredi praesumerẽ: aemulorũ odia ex leuitate mea prouocarẽ. Nũc autẽ quoniã ad petitionẽ amicorũ doctorũ accessit consiliũ: qui ad hanc subeũdam prouinciã me rationib⁹ suis animarꝝ non potui diutius eorꝝ petitionib⁹ resistere: maxime cũ hoc nostrũ opusculũ tantorꝝ virorꝝ patrocinio fulciatur. Cur enĩ odia detractorũ metuerem: cum doctorum refugium mihi patere videam? Erunt non dubito qui laborem hũc nostrum dignum laudib⁹ existimẽt: erunt etiã qui eum studio aemulationis vituperent. Quid enĩ? Ergo ne bonorum operum exercitia intermittemus: ne odia aemulorũ prouocemus? Absit. Malos quisquis non imitatur offendit: qui autem inuidos offendere metuit: bonis iniuriã facit. Et quidẽ malis displicuisse laudabile est: qui nihil amare assolent: nisi eorũ morib⁹ comparetur. Iam nunc igitur amici importuni exactores suscipite librum de scriptorib⁹ ecclesiasticis compositum: quem sedulis precibus tanto cupiuistis desiderio terminari. Feci quantũ potui: et huic operi promptas vires impendi: licet in multis affectu sit minor ipsa facultas. Ego enim caecutientium more: ductu praecedentium patrum hanc siluam ingressus sum: et de illorum opusculis singula congrua meo proposito colligens: in hunc fasciculũ comportaui. Multos etiam scriptores diutina inuestigatione repertos magnis sudoribus et expensis: catalogo nostro inserui. Non mireris optime lector si in librorũ annotationibus ac ti-

tulis non semper mea tuæ concordet opinio. Quis in tam multimoda varietate librorum singulorum opiniones enumeret: ne dicā concordet? Dabis ergo veniam si aliquando volumē alteri vel aliter inueneris prænotatum q̄ tua capit opinio. Non enī singulorū diuersitates mihi licuit vbiq; exprimere. Nā vt iam dixi: vestigia patrum secutus sum: et vbi dissonabant illi quod verius credidi cōplexus. Tu autē si aliud quod solidiori veritate constet inueneris libēter cedā tuæ sententiæ. Placuit autē mihi nouo scribendi modo procedere: vt lector ipse noticiā librorū ex principiis facili⁹ possit inuenire. Incipiēs itaq; ab apostolorū discipulis: vsq; ad vltimū annū imperatoris Frederici tertii: dñi videlicet Millesimū quadringētesimū ac nonagesimū tertiū: illustriū virorū deduxi catalogū: in quo non omniū: sed eorū dūtaxat quos reperi noīa: dignitates: scripta: temporaq; signaui: apponensq; ex aduerso titulorū voluminū principia: inuisa autē spacio pertransiui. Quorūdā tēpora quib⁹ claruerunt ad nutū reperire non potui: quos tamē vt visum mihi fuerat cōuenienti loco collocaui. Et hūc in vtroq; defectū sciētis suppleat cognitio vt videlicet tempora singulorū computet: et transpositos ad loca sua reponat. Fateor me etiā plures præterisse consilio: quorū nec scripta inueniunt̄ facile: nec tempora. Noui quoq; adhuc multos viros doctissimos viuētes: qui varia dicuntur edere opuscula: de quibus cū nō sit mihi certa cognitio: malo transire silētio: q̄ incerta cogitare. Et vt Hieronymi verbis vtar: si qui de viuētib⁹ adhuc scriptitāt: a me in hoc catalogo pretermissi sunt: nō mihi sed sibi imputēt: qui scripta sua celare maluerūt q̄ in lucē venire. Sed credo ꝙ scriptis suis et ingenio cōtēti: mei silentii dispendia nō curabunt. Nā et eorū quos reperi: non laudes volui depingere: sed libros. Hoc enī studiū posceret voluminis prolixioris. Vade nūc igit̄ in orbē opus nostro labore cōpletū: vade et amatorib⁹ librorū thesaurū expēde quē cōtines. Quid times? Quid trepidas? Quid moraris? Noli timere prodire in publicū: odia æmulorum ne metuas: tot sanctorum patrocinio suffultū. Eia liber exilis quidem ingenii: sed magnarum rerum ostensor. Quid est ꝙ velut ignauus inutilisq; formidas? Egredere cōfidenter: te laudabūt mille: dum vix vnus vituperat. Amor dei quo scriptus es: te cum auctore semper et vbiq; clemens precor excuset.

τελος

¶ Commendatissimi viri Reuerendiq; in christo patris: domini Iohannis de Trittenhem abbatis Spanhemensis: Liber de ecclesiasticis scriptoribus Fœliciter incipit.



Lemens sancte Romanæ ecclesiæ quartus a beato petro: vt quibusdā Placet: ordinat⁹ episcopus: natione Roman⁹: vir sanctus et deo dilectus: morum quoq; decore ornatus: cuius vita et passio in scripturis ecclesiasticis habetur. Sedit in pontificatu nouē annis et decē diebus. In exilium pro fide christi relegatus aīo cōstanti. Obiit anno Traiani cęsaris tertio: dñi autem centesimo tertio. Hic beatissimus martyr nōnullas fide et eruditiōe plenas fertur in ꝑsona Romanæ eccl̄iæ scripsisse epistolas De quibus extat precipua.

Ad ecclesiam Corinthiorū	Ep̄la vna	
Ad Iacobum quoq; apl̄m:	ep̄læ duę	Clemens. Iacobo dño.
Præterea itinerarii vitæ suæ	libri decē	Cum in vrbe Roma.
Item disputationis Petri:	liber vn⁹	

Hec autē duo vltima volumina inter Apocrypha computanť: vt patet. xv. di. Sctā romana. Feruntť ei⁹ et aliæ ep̄le: sed apocryphe.

Ionysius ariopagita Atheniēsis: philosoph⁹ insignis: per beatum Paulū apostolū conuersus ad fidē: primus vt quibusdā placet Atheniēsis ep̄iscop⁹ ordinat⁹ est: vir eximiæ sanctitatis et incōparabilis doctrinæ. Hūc post decessum apostoloꝝ: beat⁹ Clemēs Romanæ vrbis ep̄s cū Rustico presbytero: & Eleutherio diacono ad predicādū gētib⁹ verbū dei: misit in Franciā: alio in ei⁹ locū ordinato ep̄o. Scripsit aūt græco sermone multa ꝑclara opuscula: De qb⁹ apd̄ latinos tātū iueni subiecta.

De cælesti hierarchia:	librū vnū	Omē datū optimū et.
De ecclesiastica hierarchia:	li. i.	Sacerdotii qdē nostri.
De diuinis nominibus:	li. i.	Nūc iā vir dei post.
De mystica theologia:	li. i.	Trinitas supsubstā.
De symbolica theologia:	li. i.	Sanctus quidē Timo.
Ad Gaium.	ep̄las. iiii.	Tenebræ occultanť.
Ad Dorothæum ministrum:	epi. i.	Diuina caligo est in.
Ad Zosipatrem sacerdotē:	epi. i.	Nō opinerſ hic victo.
Ad polycarpum:	epi. i.	Ego quidē nō sciui ad.

Ad demophilum:	epi.i.	Hebræorꝝ hystoriæ.
Ad sanctũ Iohãnẽ euãgelistã:	epi.i.	Saluto te sanctã aĩam
Ad Apollophaniũ philosophũ:	epi.i.	Apollophanio cõcre.
De obitu Pauli ad Timo.	epi.i.	Saluto te diuĩ disci.

Hec sunt quæ de scripturis beati Dionysii apud latinos inuenio: si quid amplius edidit apud græcos remansit. Verũ cũ prædicta opuscula magna obscuritate tegerẽtur: sequentiũ patrũ explanatione facta sunt lucida. E quibus prior illa transtulit et exposuit Iohannes scotus nostri ordinis monachus: deinde Hugo sancti Victoris Rupertus Linconiensis: Albertus magnus: et Dionysius carthusiẽsis: et alii multi: quorꝝ iã non est in promptu reminiscentia. Passus autẽ est beatus Dionysius in agro parisiaco vna cũ sociis supra dictis: sub Domiciano imperatore. Anno domini. XCVI. Indictione. ix. A etatis vero suæ: nonagesimo. Sepultus est Parisius in ecclesia nomini suo consecrata: clarens miraculis.

LVcius anneus Seneca cordubensis philosophus: Fotini stoici discipulus: et patruus Lucani poetæ: vir vitæ cõtinentissimæ fuit: Quẽ testimonio beati Hieronymi celebratũ in catalogo ecclesiasticorũ scriptorum iccirco posui: quoniã et Pauli apostoli amicissimus extitit: & ad ĩstitutionẽ moralis vitæ multa eleganter composuit. Hũc biennio anteq̃ Petrus et Paulus coronarẽtur: Nero cæsar infaustus necauit: cuius aliquando discipulus indignissimus fuit. De cuius opusculis subiecta reperi

De morum institutione:	librũ vnũ	Oĩe peccatũ actio est
De quattuor virtutibus	li.i.	Quattuor virtutũ spe.
De remediis fortunæ:	li.i.	Licet cũctorũ poetarꝝ
Declamationũ:	li.x.	Exigitis rẽ magis io.
De clemẽtia ad Neronẽ:	li.ii.	Scribere de clemẽtia.
De beneficiis ad Brutũ	li.vii.	Inter multos ac varios
De ira ad Nouatum:	li.iii.	Exegisti a me Noua.
De prouidentia.	li.i.	Quæsisti a me lucili.
De vita beata ad Gallionẽ:	li.i.	Viuere Gallio frater.
De consolatione ad Marciã:	li.i.	Nisi te Marcia scirẽ.
De cõsolatione ad matrem:	li.i.	Sæpe iã mater opti.
De tranquillitate vitæ:	li.i.	Inquirẽti mihi in me.
Qꝫ in sapientẽ nõ cadit iniuria:	li.i.	Tantũ inter stoicos.
De breuitate vitæ:	li.i.	Maior pars mortaliũ.
De studiis liberalibus:	li.i.	De liberalibus studiis.

De quæstionib⁹ naturalib⁹:	li.vii.	Quātū inter phiām.
Suasoriarū sententiarū:	li.i.	Sin vt cuiusc͡q rei.
Controuersiarū:	li.v.	Duo fratres iter se dis.
De paupertate:	li.i.	Honesta inquit epiar.
Ad polybium consolationis:	li.i.	Nr̄a cōpares firma.
De ludis Senecæ:	li.i.	Quid actū sit in cælo.
De verborū copia:	li.i.	
De matrimonio.	li.i.	
Tragœdiarū:	li.x.	
De morte Claudii:	li.i.	
Epistolarū ad Paulū:	li.i.	Credo tibi Paule nū.
Epistolarū ad Luciliū:	li.xxii.	Ita fac ergo mi Lucili

Ita sunt quę de scriptis Senecæ ad præsens potui inuenire. Dicit autem et alia nonnulla scripsisse opuscula: quæ ad manus nostras adhuc minime venerunt. Erat sane amator sapientiæ ardentissimus: et inquisitor illi⁹ studiosus: ac tā tenacis memoriæ: vt corā se lecta noīm duo millia memoriter mox recitauerit. Insup cū quidā poeta ducētos versus edidisset: et in charta cōgestos corā Nerone ex ordīe recitaret: mox Seneca memoria vsus ꝑ volumīe: eosdē versus ab vltimo incipiēs ordīe retrogrado vsc͡q ad primū singulos repetiuit. Omniū quoc͡q ciuiū suorū nomīa meōria tenuisse legit. Claruit. Romæ temporibus apostoli Pauli sub Nerone imperatore. Anno domini.L.

MArcellus Marci vrbis Romæ præfecti filius: Symonis magi quondā discipulus: litteris sæcularibus sufficienter instructus: prædicatione beati Petri apostoli ad fidem Iesu christi conuersus: multa ad vtilitatē ecclesie dei composuit. Scripsit enī rogantibus christianis:

De conflictu Petri et Symonis:	librū vnū
Ad sanctos Nereū et achilleū	li.i.
De actibus Petri et Pauli:	li.i.
De artibus Symonis:	li.i.
De obitu sancte Petronellæ.	li.i.
De passione sancte Fœliculæ:	li.i.
De passione sancti Nicomedis:	li.i.

Alia quoc͡q de sanctorum gestis edidit: quæ ad noticiam nostram non venerunt.

Claruit Romæ temporibus sancti Petri apl̄i. Anno domini.L.

Linus primus post beatũ Petrũ Romanæ vrbis epũs: natione tuscus vir sanctissime cõuersatiõis: multis et in vita et post mortẽ miraculis coruscans: Sedit in pontificatu annis. xi. mensibus tribus et diebus duodecim. Qui cũ vir esset doctissimus et deo dilectus: scripsit græco ſmone sanctorũ apostolorum. Petri et Pauli vno die passorum:

Martirium: li. i.

Et quasdam epistolas.

Tãdẽ a Saturnino pfecto cui9 filiã a dæmone liberauerat: capitali sentẽtia punitus martyr efficitur: Vndecimo Calend. octobris. Claruit Romæ sub Galba imperatore. Anno. dñi. LXX.

Phylo iudæus natione alexandrin9: de genere sacerdotũ a beato Hieronymo inter scriptores ecclesiasticos icirco ponitur: quoniã in suis opusculis plærũq; in christianorũ laude versatur. Hic cum suæ gentis legatus Romã missus esset: amicitiã beati Petri apostoli habuisse memoraẽ: & ob hanc causam etiã sancti Marci discipuli ei9 sectatores apud alexandriã laudib9 ornauit suis. Erat autẽ vir vndecũq; doctissimus: et velut alter Plato habit9: ita vt vulgo diceretur: Aut Plato Phylonem aut Phylo imitaẽ Platonem: Tanta enim fertur similitudo sensuũ & eloquii amborꝝ. Scripsit autem libros et multos et elegantissimos De quibus subiecti feruntur.

De vita sapientis: liber vnus
De cõuersatione vitæ: li. i.
De confusione linguarum: li. i.
De natura quadrupedũ: li. iii.
De his quæ sensu testamur: li. i.
De eruditione: li. i.
De hærede diuinarꝝ rerũ: li. i.
De diuisione inæqualium li. i.
De tribus virtutibus: li. i.
De natura et inuentione. li. i.
De pactis: li. i.
De generationis successu: li. i. Adã genuit tres filios
De mutatione nominũ: li. i.
De gigantibus: li. i.
In quinq; libros Moysi: li. v.
De somniis: li. i.

De tabernaculo: li.iiii.
De vita contemplatiua: li.i
De agricultura: li.ii.
De ebrietate: li.ii.
De victimis et repromissionib⁹ li.i.
De prouidentia: li.i.
De ideis. li.i.
De alexandro: li.i.
De ratione animalium: li.i.
Q̃ omnis insipiens seruus sit: li.i.
Alia quoq; multa scripsisse legit̃ quæ ad noticiã meã nõ venerũt. Clarnit sub Nerone principe. Anno domini.L.

IOsephus iudæus natione hierosolymitan⁹: religione sacerdos: Mathatiæ sacerdotis fili⁹: philosophus: rhetor: tpmq; scriptor isignis: quẽ in catalogo nostro nõ ponerẽ: nisi et eius scripta legeret ecclesia: et beat⁹ Hieronim⁹ id por fecisset: post excidiũ Hierosolymæ capt⁹ a Vespasiano & Tito pncipibus Romã ducit̃: et propt̃ ingenii excellẽtiã: a Senatu et populo romano magnifice honorat̃. Qui et si iudæus pmãserit: gen⁹ tñ xp̃ianor̃ sæpe laudauit: et de dño nostro Iesu xp̃o in decio octauo antiqtatũ libro: insigne testimoniũ descripsit. Hui⁹ volumia tãtæ auctoritat apd Romanos adhuc illo viuẽte habita sunt: vt bibliothecæ publice sint tradita: ipse vero post mortẽ statua ærea a senatu et populo donatus sit. De cuius opusculis ego tñ vidi subiecta.

De bello iudaico: libros.vii Quoniã bellum qd.
Antiquitatũ mundi: li.xxiiii Historiam cõscribere.
Contra Apionẽ. li.ii. Sufficiẽter vt arbitror
De potentia dicendi: li.i.

Clarnit Romæ sub Vespasiano et Tito principib⁹. Et vsq; ad tẽpora Traiani iperatoris durauit in humanis: Anno domini.C.

IGnatius ecclesiæ Antiochenæ tertius post beatũ Petrum episcopus: vir eximiæ sanctitatis ac dñi nostri Iesu christi singularis et feruẽtissimus amator. Dicere cõsueuit Dionysio teste: Amor me⁹ crucifix⁹ est. Qui beatissimus præsul cum esset diuini verbi prædicator doct⁹ et zelosus: scripsit nõnullas elegantes et plenas feruoris epistolas: in quib⁹ amatorẽ sancti martirii fuisse demonstrauit: E quib⁹ istæ feruntur potiores:

Ad ecclesiam ephesiorum: epl̃a.vna.

Ad Magnesianos: epi.i.
Ad Troienses: epi.i.
Ad Romanos: epi.i.
Ad sanctum Iohannem: epi.ii. Iohãni sancto seniori:
Ad beatam virginem: epi.i. Cristiferæ mariæ: su9
Ad philadelphios: epi.i.
Ad Polycarpum: epi.i.
Passus est Romę sub Traiano imperatore. Anno domini. CXI

PApias auditor sancti Iohannis atq; discipulus: Hieropolytanus in Asia episcopus: fidei christianæ constantissim9 propagator et defensor: sanctorumq; apostolorũ discipulus et studiosus imitator: scripsit non spernẽdæ auctoritatis opuscula: E quibus extat opus insigne: quinq; voluminibus distinctum: quod prænotauit sic.
Explanationẽ sermonum dñi: li.v.
Alia quæ scripsit non vidimus.
Hic nouitatem mille annorꝶ primus inuenit: post quos christum denuo in carne regnaturum cũ electis sup terrã somniauit: quẽ errorẽ alii postmodũ dilatantes: chiliastæ a mille appellati sunt.
Clarruit temporibus Traiani cæsaris. Anno domini. C. & circa.

EGesyppus natione iudæus ad fidẽ christi conuersus: doctrina et sanctitate in ecclesia dei admirabilis effulsit: cuius festũ cũ cæteris sanctis in martyrilogio locũ obtinuit
Scripsit nõnulla excellentis ingenii opuscula: De quib9 ego tantũ reperi: a tpe dñicæ passionis vsq; ad suã ætatẽ: opus insigne:
Historiã ecclesiasticorũ actuũ: li.v. Bello partico qd inter.
Aliud operum eius nullum vidi.
Claruit vicin9 aplicorꝶ tẽporꝶ sub Antonio pio. Anno dñi. CLX

IVstin9 ex philosopho conuersus ad catholicam fidem: christi amator et cultor insignis: cũ in vrbe Roma Crescentẽ cinicũ christianos blasphemantẽ: gulosum et mortis timidũ: ac luxuriæ et libidinum sectatorẽ redargueret: ei9 insidiis ꝙ christian9 esset corã Senatu accusat9: ꝑ christo martyrio coronatus est. Scripsit pro fidei nostre defensione multa præclara opuscula: De quibus ista feruntur:
Contra gentes ad Anto. li.i.
Ad Aurelium contra gentes: li.i.
Item aduersum gentes: li.i.

Castigationũ contra gentes: li.i.
De monarcha dei: li.i.
De anima: li.i.
Psalten prænotatus: li.i.
Contra Triphonẽ iudæum: li.i.
Contra Marcionẽ: li.i.
Contra omẽs hereses: li.i.
Alia insuper multa cõposuit quæ ad noticiã nostrã nõ venerunt.
Claruit sub Antonio pio. Anno domini. CL.

Quadratus atheniensis post Publiũ martyrẽ episcop⁹: sanctorũ apostolorũ auditor quondã atq; discipulus: vir cõstãs et incõparabilis doctrinæ: pro vtilitate christianæ fidei multũ laborans: multũ profecit: et ecclesiã metu persecutiõis dispsã: ad vnitatẽ fidei cõgregauit. Cũ esset doctor insignis: scripsit int' alia p xp̃ianis ad Adrianũ principẽ plenũ instructione.
Apologeticũ: li.i.
Et alia nobis incognita.
Tandẽ pro fidei catholicę defensione passus est. vii. Calend. Iunii
Claruit sub Adriano principe. Anno dñi. CXX.

Aristides philosophus Atheniensis: vir in secularibus litteris doctissim⁹: et in diuinis scripturis admodũ studiosus: tãta eloquẽtia insignis emicuit: vt miraculũ sui gẽtibus præberet: qui sub habitu philosophi christianã et fidem et cõuersationem baiulãs: non sine sanctitatis opinione clarus effulsit. Scripsit Apologeticum pro christianis:
Ad Adrianum principem: li.i.
Et quædã alia. Claruit sub Adriano ĩperatore. Anno dñi. CXX

Melito asianus: episcopus Sardensis: vir in diuinis scripturis erudit⁹: et non min⁹ sanctitate q̃ doctrina venerabilis: inter catholicos prædicatores clar⁹ effulsit Scripsit ad vtilitatem ecclesie fidelium multa egregia volumina: De quibus ista feruntur:
De pascha: li.ii.
De vita prophetarum: li.i.
De lapsis: li.i.
De corpore et anima: li.i.
De baptismate: li.i.
De veritate: li.i.

De generatione christi. li.i.
De prophetia: li.i.
Egloganum: li.vi.
De transitu sancte Mariæ: li.i.
De ecclesia: li.i.
De dominica: li.i.
De sensibus: li.i.
De fide: li.i.
Philoxenia: li.i.
Qui clauis inscribitur li.i.
De diabolo: li.i.
De Apocalypsi Iohannis: li.i.

Melito seruus christi.

Alia etiā opuscula edidit: quæ ad nostrā memoriā vetustas venire non pmisit. Hui⁹ elegās et declamatoriū ingeniū Tertullian⁹ in quodam loco cōmemorās: vt prophetā a nostris habitū fuisse asserit. Notandū sane ꝙ liber de sancte Marię transitu illi ascriptus: inter apocrypha reputatur.xv.di. Sancta Romana. Clamit autē sub Marco antonio vero pncipe. Anno dñi. CLX.

THeophilus ecclesiæ antiochenæ sextus episcopus: vir in diuinis scripturis valde studiosus et eruditus: ingenio et eloquio clarus: ac declamator egregius: Scripsit ad vtilitatē fideliū multa volumina: et sermonum dñi explanator egregius effulsit: De cui⁹ opusculis subiecta feruntur:

Contra Marcionem: li.i.
Contra Hermogenem: li.i.
Ad Auctolicum: li.iii.
Cōmentariorum in euāgelia: li.iiii.
In prouerbia Salomonis: li.i.

Alios etiā tractat⁹ breues et plures ad ædificationē ecclesie catholicæ pertinentes cōposuit: qui apud latinos raro simul inueniunt. Ordinat⁹ autē fuit in epm. Anno dñi. CLXXIII. Indictiōe. xi.

APollinaris hieropolitan⁹ in asia episcopus: vir doct⁹ et fidei christianæ defensor isignis: ingenio clar⁹ et disertus eloqo: scripsit nō cōtēnēdæ lectiōis opuscula: qb⁹ se virum non tā eruditū ꝗ celosum oñdit: E quibus ista ferunt:

Apologeticus pro christianis: li.i.
Aduersus gentes: li.v.
De veritate: li.iii.

Aduersus cathaphrygas: li.ii.
Sed et alia nõnulla edidit: quorũ nobis vetustas noticiã abduxit.
Claruit sub Marco antonio vero. Anno domini. CLXV.

Dionysius ecclesiæ corinthiorũ episcop⁹: vir eloquẽtissimus: et in diuinis scripturis valde eruditus: ouilis christi vigilantissim⁹ pastor: tãtæ sollicitudinis et industriæ fuit: vt non solũ suæ ciuitatis populũ salutarib⁹ documẽtis instrueret: sed etiã exteranĩ plæbes vrbiũ: per epistolas ad cõstantiã fidei prouocaret. Quæ quidẽ epistolæ tã vtiles et prolixæ ferunť vt nõ ab re libri quæãnt appellari: De quibus subiectæ recensentur:
Ad Lacedæmonios: epi.i.
Ad Athenienses: epi.i.
Ad Nicomedienses: epi.i.
Ad Cretenses: epi.i.
Ad Ignosianos: epi.i.
Ad papã et Romanos: epi.i.
Ad Amasdrinenses: epi.i
Ad Chrysophoram fœminam: epi.i.
Claruit sub Marco antonio vero: et Lucio aurelio pricipib⁹. Anno dñi. CLXX. Nõ sine opinione sanctitatis: et varia cõscripsit.

Tatian⁹ hæresiarches: Iustini martyris auditor atq; sectator: q̃diu ab ei⁹ latere nõ discessit. Postea vero coronato sancto Iustino: inflat⁹ eloquẽtiæ tumore: nouã hæresim condidit q̃ encraticarũ dicit: quã postea Seuer⁹ auxit: a quo eiusdẽ ptes hæretici seueriani appellati sunt. Carnes abominãtur: vinũ nõ bibũt: vet⁹ testamẽtũ nõ suscipiũt: nec resurrectionẽ credũt. Scripsit aũt Tatian⁹ pene ĩfinita volumia: quæ tñ ad noticiã meã nõ venerũt. Nã propter docẽtis errorẽ: etiã volumina despecta perierũt. Extat ei⁹ teste Hieronymo: ĩsigne volumẽ qd prænotauit:
Contra gentes: li.i.
Claruit sub Marco antonio vero. Anno domini. CLXX.

Philippus episcopus Cretẽsis: hoc est, vrbis coritinæ: cuius dionysi⁹ corithiorũ episcop⁹ supra positus: meminit in epistola sua quã scripserat ad eiusdẽ ciuitatis ecclesiã: vir nobilis et doctus: ędidit ad vtilitatem credentiũ satis vt ferunt instructa volumia: quæ ad man⁹ nrãs minime venerũt Extat ei⁹
Contra Marcionem: li.i.
Scripsit etiam quasdã ad diuersos epistolas: variosq; tractat⁹: qui

ad nostras manus adhuc minime venerunt. Claruit anno domi=
ni. CLXX. temporibꝰ Marci antonii veri imperatoris.

M Odestus vir quidẽ florẽtis ingenii: licet cuiꝰ dignitatis vel gradꝰ fuerit a nobis ignoret: scripsit teste beato Hieronymo: nõ cõtẽnẽdæ lectionis opuscula: in quibꝰ abundãs ingenii eius vena conspicitur: E quibus extat volumẽ insigne:

Aduersus Marcionẽ: li.i.

Cætera nobis incognita sunt.

Claruit sub Marco antonio vero: et Lucio aurelio Comodo principibꝰ. Anno domini nostri Iesu christi. CLXXV.

H Ireneus Lugdunẽsis in Gallia post beati Fotini martyris triumphum episcopus: Policarpi martyris quondã auditor: vir in diuinis scripturis studiosus et valde eruditus: sub papa Eleutherio legatus Romam missus: non minus sanctitate ꝗ doctrina clarissimus cõprobatus est. Scripsit multa egregia volumina: De quibus ista feruntur:

Aduersum gentes: li.i.

De disciplina: li.i.

Ad Blastũ de scismate: li.i.

Contra hæreses: li.v. Quatenꝰ veritatẽ re.

De monarchia dei: li.i.

De Ogdoade li.i.

De pascha ad Victorem papã: li.i.

De prædicatione apostolica li.i.

Variorum tractatuum. li.i.

Scripsit et alia multa quæ ad noticiam meam adhuc minime venerũt. Tandẽ sæuiente ꝑsecutiõe in xp̄ianos: cũ oĩ ferme ciuitatis suæ populo ꝓ fide catholica martyrio coronatꝰ ẽ q̃rto Calẽd. Iulii. Claruit sub Marco Antonio. Anno dñi. CLXXV.

T Heodocion patria ephesinus: Tatiani philosophi cum adhuc fidelis esset quodã discipulus: vir certe vndecũq: doctissimꝰ: et diuinarũ scripturarũ tertiꝰ ĩterpres: Præter translationẽ scripturarũ quã ex hebræo latinã fecit etiam alia quædã cõscripsit opuscula: quæ tñ ad manꝰ nr̃as adhuc minime ꝑuenerũt. Claruit tp̄ibꝰ Comodi ĩperatoris. Anno do. CLXXX.

R Hodon genere asianus: Tatiani quondã auditor et discipulꝰ: vir tam in diuinis scripturis ꝗ etiã in sæcularibus litteris eruditissimus: multa græco sermone scripsisse di

citur: quoniã exemplaria apud nostros raro inueniuntur: E quibus tamen potiora feruntur quae subiecimus:
Contra Marcionem: libri.iiii.
Aduersum Cataphrygas: li.i.
Ad Calistionem: li.i.
In hexaemeron: li.vi.
Claruit sub Comodo et Seuero principib⁹. Anno domini.CC.

CLemẽs ecclesiae alexandrinae presbyter: Pãtheni stoici quondã philosophi christiani auditor atq; discipulus: qui scholã ecclesiasticã post eũ alexandriae multis annis tenuit: vir deuotus: doctus: et eloquentissimus fuit. Scripsit multa praeclara volumina: de quibus ista feruntur:
Stromatũ: id est varietatũ: libri.viii.
Aduersum gentes: li.i.
Paedagogi: li.iii.
De pascha: li.i.
De ieiunio: li.i.
De disputatione: li.i.
De saluatione diuitis: li.i.
De obtrectatione: li.i.
Aduersum iudaizantes: li.i.
De canonibus ecclesiasticis: li.i.
Epl̃as etiã multas variosq; tractat⁹ edidit: quorũ titulos ignoram⁹.
¶ Claruit Comodi et seueri principũ temporib⁹. Anno dñi.CC.

MElciades ciuis Rhodon in opere suo qd aduersus cataphrygas: Mõtanum. Priscam: et Maximillã insanos vates composuit: recordatus est: vir in saecularibus literis eruditissim⁹: et in diuinis scripturis iugi studio exercitat⁹: scripsit ad aedificationẽ fideliũ nõ pauca opuscula: De qb⁹ subiecta ferũt:
Aduersus Montanũ li.i.
Aduersum gentes: li.i.
Contra iudeos: li.i.
Apologeticus pro nostra fide: li.i.
Alia quoq; multa scripsisse dicit: quę ad noticiã meã non venerũt
Claruit Marci antonini Comodi tẽporib⁹. Anno.dñi. CLXX.

APollonius quidã vir doctus atq; disertissim⁹: non min⁹ vita q̃ eloquentia insignis: haereticae prauitatis debellator fortissim⁹: multa pro nostra fide cõposuit: et Mõ

tani insaniã vrbis et scriptis sæpe cõfutauit: sicut ptz legẽtib⁹ insi- gne illud volumẽ: qđ maxĩs eloquentiæ leporib⁹ cõposuisse dicit.
Aduersus Montanũ li.i.
Sed et alia cõplura edidit: quæ ad noticiã meã nõ venerunt.
Claruit sub Comodo et Seuero pricipib⁹. Anno dñi. CLXXX

SErapion ex anachoreta: ecclię Anthiochenæ octauus epũs: vir acris ingenii in diuinis scripturis valde studiosus et eruditus: nõ min⁹ vita q̃ scientia venerabilis: fert ad vtilitatẽ credentiũ plura edidisse opuscula: in quib⁹ se virũ et doctũ et fidei xp̄ianæ defẽsorẽ acerrimũ oñdit: De q̃rũ nũero habẽt
Ad Dõmonem iudaizantem li.i.
Ad Carinũ de Montano: li.i.
De euangelio sub nomie Petri: li.i.
Epistolæ breues sed plures: li.i.
Ordinatus fuit in ep̄m præfatæ vrbis sub Comodo pricipe Romanoꝝ. Anno dñi Cẽtesimo nonagesimo tertio. Indictiõe p̄ma.

APollonius Romanæ vrbis senator: vir tam in diuinis scripturis q̃ in secularibus litteris eruditissimus: et non minus sanctitate q̃ sciẽtia venerabilis: cũ coram Senatu proditus fuisset ꝙ christianus esset: et christũ nollet abnegare: capitis sententiã accepit: veteri apud illos lege obtinente: absq̧ negatiõe nõ dimitti xp̄ianos: q semel ad eoꝝ iudiciũ fuissent ptracti
Scripsit autẽ inter alia:
Apologeticum pro fide nostra li.i.
Quem cũ coram Senatu ex ordine recitasset capite trũcatus fuit.
Claruit Romæ sub Comodo et Seuero pricipib⁹. ãno dñi. CXC

TErtullianus presbyter: patria carthaginensis africanæ prouinciæ: patre Centurione viro proconsulari: homo acris et vehementis ingenii: tã in diuinis q̃ in secularibus scripturis doctissimus: quippe qui apud carthaginem rhetoricam multis annis gloriose docuit: scripsit latino sermone pene infinita opuscula in quibus hæreticorũ errores fortiter contriuit. Huius scripta beatissimus martyr Cyprianus in tanta veneratiõe habuit: vt nullum sine eorum lectione diem preteriret. Dicere enim ad notarium suum cõsueuerat: Da magistrum: Tertullianum videlicet designans. Tãdem in errorem Montani dilapsus dicitur: propter quod ei⁹ opuscula inter apocrypha cõputantur. xv. di. sancta romana. Et licet in aliquibus errauerit: in multis tamen bene

scripsit: sicut eius volumina testantur: De quibus vidi:

De patientia dei:	librū vnū.	Cōfiteor ad dn̄m deū.
Aduersus Praxeam:	li.i.	Varie diabol⁹ æmu.
Contra marcionem:	li.v.	Si quid retro gestū est.
Contra iudeos:	li.i.	Proxie accedit dispu.
Contra omnes hereses:	li.i.	Duorum hæreticorū.
De ꝓscriptionib⁹ hæreticorū:	li.i.	Conditionē ꝓsentium.
Aduersus Hermogenem:	li.i.	Solem⁹ hæreticis cō.
Contra Valentinianos:	li.i.	Valētiniani frequen.
De carne christi:	li.i.	Qui fidē resurrectiōis
De resurrectione carnis:	li.i.	Fiducia christianorū.
De corona militis:	li.i.	Proxie factū ē libera.
Ad martyres:	li.i.	Inter carnis alimenta.
De pœnitentia:	li.i.	Pœnitentiā hoc gen⁹.
De velandis virginibus:	li.i.	Propriū iā negocium.
De habitu muliebri:	li.i.	Si tāta ī terra morare.
De cultu fœminarum:	li.i.	Ancillæ dei viui ꝯser.
Ad vxorem:	li.ii.	Dilectissima in dn̄o.
De ꝑsecutione ad Fabium:	li.i.	Quæsisti ꝓxime Fabi
Ad scapulam:	li.i.	Nos quidē neq; expa.
Exhortatorium castitatis:	li.i.	Nō dubito frat' te post.
De Monogamia:	li.i.	Hæretici nuptias au.
De pallio:	li.i.	Principes semꝑ Afri.
De spectaculis:	li.i.	
De extasi:	li.vi.	
De pudicitia:	li.i.	
De ieiuniis:	li.i.	
Aduersus Apolonium.	li.i.	

Scripsit quoq; & alia plura variosq; tractat⁹: qui ad man⁹ nostras adhuc minime venerūt: vixitq; vsq; ad senectā & seniū studiosus. Claruit Seueri imꝑatoris temporibus. Anno dn̄i. CC.

ORigenes qui & Adamantius presbyter: natione alexādrinus: Leonidis martyris filius: Clemētis alexādrini quōdā discipul⁹: vir magni & excellētis ingenii fuit: ita vt studio & eruditione similē nunq̄ habuerit. Anno Seueri pertinacis decimo: aduersum christianos persecutiōe mota: ac Leonide patre pro fide christi martyrio coronato: cū matre vidua & sex fratribus pauper derelict⁹ est: annos natus circiter decem & septē

Substãtiã aũt oẽm ꝓpter christi cõfessionẽ fiscus occupauerat:ita
vt vnde viueret ãpliꝰ nil haberẽt. Et licꝫ annoꝝ numerꝰ minor
supputaret̃ ĩ iuuene:erat tñ iã mirabilis ĩ eo doctrina:et fidei xp̄ia
næ admirãda cõstantia. Proposuerat eñ cũ patre suo Leonide ꝓ
fide christi fortiter occũbere:si nõ matris fraude ad eccl̃iæ vtilita=
tẽ magnꝰ doctor futurꝰ eũ ꝯtigissꝫ ꝓseruari. Nã cũ ad locũ agonis
patri mane ꝑ́di e deliberasset occurrere :sublatis a matre noctu ve
stimẽtis & obseratꝯ tabernaculi valuis domi cogit̃ remanere. Cũ
vero ĩ virũ creuisset:agere vitã apostolicã ĩstituit:& annũcians in
circuitu suo verbũ dei:nudis pedibꝰ mltis annis ĩcessit . Sup lectũ
deniq; plumis stratũ nũq̃ dormiuit:a vino & carnibꝰ:p̄ter ĩfirmita
tẽ oĩno se abstinuit:ieiuniis:vigiliis :orationibꝰ & ꝯtinuis diuina
rũ scripturaꝝ studiis & expositionibꝰ deo deuote seruiẽs intẽtꝰ fu
it. Christi quoq; cõsilio vnã tm̃ tunicã ĩduere cõsueuit:& oĩm mun
danoꝝ ꝯtemptor effectꝰ:nihil de crastino cogitauit. Amore casti
tatis vt mulieribꝰ secure auderet ꝑdicare:se castrari fecit:licꝫ ĩ hoc
facto ʒelus sine sciẽtia mãserit. Ob eiꝰ doctrinã:eloquentiã & apo
stolicã vitã Mãmea Alexãdri imꝑatoris xp̄ianissima mat̃:eũ au
diẽdi desiderio capta:ex Alexandrina Antiochiã accessit: & eius
mellifluã doctrinã cũ ingẽti admiratiõe audiuit. Erat aũt ĩ studio
diuinaꝝ scripturaꝝ adeo intentꝰ: vt nec cibũ vnq̃:nec somnũ ca=
peret:nisi vnꝰ e fratribꝰ lectionẽ scripturaꝝ cũctis audiẽtibꝰ ꝑ̄mi=
sisset. Nouũ & vetꝰ testamẽtũ velut alter Esdras memorit̃ noue=
rat:& iã senex ꝯtra suã ætatẽ linguã hebraicã didicit :& oĩm ĩterp̄
tũ editiões ꝑter septuagita ĩ vnã mirabili studio ꝯportauit. In edi
tionibꝰ scripturaꝝ dictãdis tã admirãdæ memoriæ & subtilitatꝯ
fuit:vt septẽ notarios totidẽq; ĩ scribẽdo velocissimas puellas:ꝑter
alios iuuenes oẽs ĩsimul ex eiꝰ ore diuersa scribẽtes:incredibili ꝓ
nunciãdi agilitate fatigaret. Et cũ tantꝰ haberet̃ & eẽt ĩter oẽs ec
clesiasticos doctor ĩsignis:magnis tñ notat̃ erroribꝰ:quibꝰ vl' ipse
desipuit:vel aliis inserẽtibꝰ falsa scriptis deprauatꝰ fuit. Semp eñ
de Origene varia fuit doctoꝝ opinio :q̄busdã hæreticũ asserẽtibꝰ
aliis sibi fraudẽ affirmãtibꝰ ĩpositã. Mirãdũ nõ est:si primꝰ sine ex
emplo errauerit:q tot volumina sine magistro ꝑcedẽte explicauit.
Nostrũ tñ est ne dũ de Origene:sed de q̄buscũq; scriptoribꝰ cũ sctã
eccl̃ia Romana sentire:& supuacuas opiniones ꝯtemnere. Edidit
ãt pene ĩfinita volumĩa. De q̄bꝰ ego latinis ĩfusa vidi tm̃ subiecta

In Genesim: ho.xvi. In principio fecit deus.

In Exodum:	ho.xiii.	Videt mihi vnusqsq.
In Leuiticum:	ho.xvi.	Sicut nouissimis die.
In Numeri:	ho.xxviii.	In numeris nō omnes
In Iosue:	ho.xxvi.	Donauit dn̄s nomen.
In Iudicum:	ho.ix.	
In principium idide:	ho.ii.	
In Esaiam prophetam:	ho.ix.	Q̄diu Ozias rex vixit
In Hieremiā prophetam:	ho.xiiii.	Deꝰ ad benefaciendū.
In Ezechielem:	ho.xiiii.	
In euangeliū Matthaei:	ho.xxvi.	
In euangelium Lucae:	ho.xxxix.	Sicut oli in populo iu.
De Helcharia:	li.i.	Nō ab initio tm̄modo
In principium Iob:	li.iii.	
In Cantica canticorū:	li.iiii.	
Item in cantica canticorū:	li.ii.	De cātico cāticoꝝ di.
In psalteriū tractatꝰ:	nu.CL.	Beatꝰ vir. hunc psal.
Aduersum haereticos:	li.v.	Adamātius dixit qui.
Cōtra Celsum philosophum:	li.viii.	Hortaris sacer Amb.
Periarchon:	li.iiii.	Om̄es qui credunt.
In epistolā ad Romanos:	li.xv.	Qꝫ caeteris apl̄i Pauli.
In principiū Iohannis:	li.i.	
De martyribus:	li.i.	

Alia insup multa cōposuit: quae ad manꝰ nostras nō venerunt. Sūt q scribāt se Origenis tractatꝰ sex milia legisse: q nūerꝰ & magnꝰ ē & latinis īcognitꝰ. Nec dubiū qn mlta illiꝰ opuscula nouiter trāslata sint: quae ad noticiā nr̄ae lectōis minīe venerīt. Morit aūt senex & paup: apud Tyrū sepultꝰ: sub Valeriano & Galieno pncipibꝰ. Anno dn̄i. CCLXI. Indictōe nona: Aetat suae an. LXX

AMmoniꝰ alexādrinꝰ: vir ī diuinis scripturis eruditꝰ: & in secularibus litteris doctissimus: philosophus & rhetor oīm sui tpis celeberrimus: ingenio subtilis & disertus eloquio: scripsit graeco sermone quaedā p̄clara volumīa: quibꝰ memoriā sui posteris reliqt. De quoꝝ numero extāt subiecta.

De consonantia Iesu & Moysi:	li.i.	
Canonum euangelicoꝝ:	li.i.	In prīo canone q̄ttuor.
Vnius ex quattuor:	li.i.	Q̄m quidem multi.

Et quaedam alia.

Hūc ipissimꝰ Porphyriꝰ xp̄ianoꝝ acerrimꝰ hostis: philosophus

gentilis falso accusat: q̄ fide abnegata factus sit ethnic⁹: quē ꝯstat vsq; ad mortē christianum deuotum permansisse.
Claruit sub Alexandro Mãmeæ filio. Anno dñi. CCXXX.

AMbrosius Origenis auditor: primo Marcionites: ac deinde ab ipso Origene correctus: christianæ fidei confessor īsignis: etiā ad officiū dyaconat⁹ meruit ꝓmoueri: vir certe doctissimus & librorꝝ studiosus amator: quo sumptus notarios ac scribas subministrante: Adamanti⁹ noster pene infinita volumina cōposuit: tantus lucubrationū illi⁹ cultor: vt die ac nocte ad scribēdū aliquid noui verbis & scriptis eū ꝓuocaret: adeo vt ꝯpulsor opis in quadā epl'a familiari ab Origene noīet̄. Hic dicere solebat se nunq̄ Origene p̄sente isse cibitū: neq; sumpsisse cibū: nisi prius vnus e fratrib⁹ qui semp p̄sto erant: sacris lr̄is psonasset. Scripsit de sua ꝯuersione gratias agens ad Origenem.
Epistolarum: li. i.
Et quedam alia.
Claruit cum Origene. Anno dñi. CC. ac. XXX.

TRiphon Origenis auditor atq; discipul⁹: ad quē illius nōnulle extant epistolæ: vir tā ī diuinis scripturis q̄ in sæcularib⁹ lr̄is eruditissim⁹: ingenio subtilis & disert⁹ eloquio. Scripsit greco sermone quædā p̄clara opuscula: quib⁹ nomen suū ad noticiā posteritatis transmisit: E quib⁹ extāt subiecta
De vacca rufa ī Deuteronomio: li. i.
De qualitate sacrificiorum: li. i.
De columba & turture: li. i.
Claruit temporib⁹ Alexādri īpatoris. Anno dñi. CC. XXX.

MInutius fœlix causidicus: patria Roman⁹: vir in sæcularibus litteris eruditissim⁹: & in diuinis lectionib⁹ studiosus: ingenio excellēs & disertus eloquio: scripsit latino sermone quædā præclara opuscula: quib⁹ memoriā sui posteris ꝯmēdauit. E quib⁹ extat dialog⁹ inter christianū & hæreticū: qui Octauus inscribitur: li. i.
De fato contra mathematicos: li. i.
Claruit Romæ sub Alexādro īpatore. Anno dñi. CC. XXX

BErillus arabiæ Botrenus episcop⁹: vir in diuinis scripturis erudit⁹: & in sæcularib⁹ egregie doct⁹: cū aliquanto tp̄e gloriose rexisset ecclesiā: in hæresim paulianorꝝ tandē lapsus est: qui christū ante mariā fuisse negabāt: sꝫ ab Origene

correp tus: multa scripsit. E quibus extat inter eos.
Dialogus habitus: li.i.
Epistolarũ ad diuersos: li.i.
Et quædam alia.
Claruit sub Alexandro imperatore. Anno dñi. CCXXXV.

In Esaiam prophetam:	li.viii.	Dño reuerẽdissimo &.

In Hieremiam:	li.xx.	
In Ezechielem:	li.xx.	Et factũ est &c. vsus p.
In Danielem:	li.iii.	
In.xii.prophetas minores:	li.xii.	
In Machabeorum:	li.iii.	Et factũ est postq̃ p.
In euangelium Matthæi:	li.viii.	Expectationẽ itaq;.
In euangeliũ Lucæ:	li.iii.	
In euangeliũ Marci:	li.iiii.	
In euangeliũ Iohannis:	li.i.	Inter oĩa diuinæ histo.
In omnes epistolas Pauli:	li.xxiii.	Venerando frĩ Lupo.
In epistolas canonicas:	li.vii.	
In Actus apostoloꝝ:	li.i.	
In Apocalipsin iohannis:	li.i.	
De laude sanctæ crucis:	li.ii.	Rex regũ dñs: mũdũ.
Ad Haymonẽ epm de vniuerso	li.xxii.	Primũ apud hebræos.
De vniuersali natura:	li.i.	Vniuersitatis disputa.
De institutione clericoꝝ:	li.iii.	Dño re.ac reli. haistul.
De diuinis officiis:	li.i.	
De computo: dialogũ:	li.i.	Quia te venerande p̃.
Ad Ludouicũ regem:	li.i.	
De quæstionibus canonũ:	li.i.	
Ad Reginbaldũ epm:	li.i.	
De bñdictionib⁹ patriarchaꝝ:	li.i.	
Epistolarum ad diuersos:	li.i.	
Sermonũ innumerabiliũ pene:	li.i.	

Alia insuper multa ędidit: quæ ad noticiã meã nõ venerũt. Moritur sub Ludouico et Lothario p̃ncipib⁹. Anno dñi. DCCCLV Indictione tertia. Episcopatus sui anno nono. Sepultus in monasterio sancti Albani prope Moguntiã: nõ sine opinione sctitatis: cuius epitaphiũ in viginti ferme ornatis versibus legi.

BEllator cuiusdam ecclesiæ presbyter: ĩ diuinis scripturis studiosus et eruditus: ac veterũ lectiõe diues: ingenio & eloquio clarus: atq; in sæcularibus litteris satis instruct⁹ Multa fertur in scripturis sanctis exposuisse volumina: quib⁹ ĩgenium suum magnifice exercitauit. Extat eius præter cætera insigne volumẽ quod petentibus amicis ędidit

In librum sapientiæ:	li.vii.

De aliis nihil reperi.

Claruisse dicit̃ tpibus Ludouici impatoris. Anno. DCCCXL.

STrabus monachus Fuldensis: natione theutonicus: Rabani abbatis quondã auditor et scriba: vir in diuinis scripturis eruditus et in studiis sæculariũ litterarum nobilit̃ doctus: ingenio subtilis et clarus eloquio. Scripsit in sacris voluminibus expositis non pauca opuscula: in quibus se virum doctũ exhibens: nomẽ suũ cum gloria transmisit ad posteros. Imitat⁹ itaq̃ magistrũ suũ Rabanum abbatẽ scripsit

In Genesim: li. i.
In Exodum: li. i.
In Leuiticum: li. i. Libri Leuitici breuis.
Et alia multa.

Hic deniq̃ Strab⁹ glosam quæ ordinaria nũc dicit̃ sup totã Bibliam ex dictis sanctorꝝ patrũ prim⁹ comportasse memorat̃: quã alii multis postmodũ adiũctis sentẽtiis patrũ ampliarũt. Claruit sub Ludouico imperatore. Anno dñi. DCCCXL.

LVpus Seruatus presbyter ad quẽ Rabanus abbas Fuldẽsis octo libros in epistolã Pauli apostoli ad romanos scripsisse legitur: vir in diuinis scripturis studiosus & doctus: atq̃ in sæcularibus litteris iuxta ætatẽ sui temporis copiose peritus. Scripsit nõnulla ingenii sui opuscula: de quib⁹ ad meã noticiã paucissima peruenerũt. Extat eius volumen

De tribus quæstionibus: li. i.
Et quædam epistolæ. Necnon et alia.

Claruit sub Lothario filio Ludouici. Anno dñi. DCCCL.

IOhannes dict⁹ erigena: monachus in diuinis scripturis doct⁹: et ĩ disciplina sæculariũ litterarꝝ eruditissim⁹: greco et latino ad plenũ instruct⁹ eloquio: ingenio subtilis: sermone cõpositus: iubẽte Carolo filio Ludouici fratre Lotharii imperatoris transtulit in latinum

Hierarchiã et libros Dionysii: li. iiii.
Scripsit super eisdem: li. iiii.
Et quædam alia.

Claruit sub Lothario imperatore. Anno dñi. DCCCL.

ANsegisus abbas Lobiẽsis cœnobii: ordinis scti benedicti: et postea senonẽsis archiepũs: vir in diuinis scripturis erudit⁹: et in sæcularib⁹ litteris nobiliter doct⁹: s̃mone et ingenio clarus: distinxit et cõportauit ad vtilitatem ecclesiæ

catholicæ imperatorum Caroli magni et Ludouici leges: quas vidi vt sequitur: videlicet

Statuta ecclesiastica Caroli:	li.ii.	Regnāte dño nr̄o iesu.
Leges mūdanas eiusdē:	li.ii.	De pace admonemus.
Statuta ecclesiastica Ludouici:	li.ii.	Oibus vobis aut visu.
Leges mūdanas eiusdē:	li.ii.	Si serui p cōtumaciā.

Alia insup nōnulla ędidit: quæ ad noticiā meā non venerūt.
Claruit sub Lothario īpatore filio ludouici. Anno. DCCCXL.

HAmul⁹ eps Lugdunēsis i gallia: vir ī diuinis scripturis studiosus: et veterꝝ lectiōe eruditus: atq; ī sæcularib⁹ literis nō mediocriter doct⁹: tā hebraica q̄ latina līgua clarus: ingenio acer et vehemēs: eloquio scholastic⁹ atq; ꝯposit⁹. Scripsit non contemnendæ lectionis opuscula: de quibus ego tm̄ legi opus insigne ad Carolum

Contra iudæos:	li.i.	Detestanda iudæorꝝ.

De cæteris adhuc nullum vidi.
Claruit sub ludouico Caroli magni filio. Anno. DCCCXXX.

BErtram⁹ presbyter et monach⁹: in diuinis scripturis valde perit⁹: et in lr̄is sæculariū disciplinarū: egregie doct⁹: ingenio subtilis et clarus eloquio: nec min⁹ vita q̄ doctrina insignis. Scripsit multa præclara opuscula: de quib⁹ ad meā noticiam pauca peruenerunt. Ad Carolū regem fratrē Lotharii imperatoris scripsit commendabile opus

De prædestinatione:	li.i.
De corpore et sanguine dn̄i:	li.i.

Claruit tpibus Lotharii imperatoris. Anno dn̄i. DCCCXL.

TVrpin⁹ archiepūs Remēsis: Caroli impatoris magni amicus et secretarius: vir in diuinis scripturis eruditus et in sæcularib⁹ lr̄is nobilit doctus: carmine et prosa exercitatū habens ingeniū: pauperū aduocatus: vita et cōuersatione deo dilect⁹: qui se cū Carolo propriis manib⁹ et armis sarracenos sæpe fatef expugnasse. Scripsit eleganter

Gesta Caroli magni:	li.ii.
Epistolarum ad diuersos:	li.i.

Claruit sub eodē Carolo et ludouico ei⁹ filio. āno. DCCCXXX.

ANastasi⁹ apostolicæ bibliothecæ custos et instaurator sagacissim⁹: ī diuinis scripturis erudit⁹: et ī sæcularib⁹ lr̄is nobilr̄ doct⁹: gręco et latino multū peritus eloquio

fertur nonnulla composuisse opuscula: sed ad manus nostras nihil eorum peruenit. Transtulit aũt multa græcorum volumina in latinum. Nã iubente Nicolao papa primo transtulit

Vitã iohannis elemosynarii: li.i.
Vnã Dionysii hierarchiã: li.i.
Synodũ septimã vniuersalẽ: li.i.
Vitas multorum patrum: li.i.
Et plura alia.

Claruit sub Ludouico impatore secũdo. Anno dñi. DCCCLX

Nicolaus papa primus: patria Romanus: sedit i põtificatu post benedictũ tertiũ: annis octo: vir in scripturis scis magnifice doctus: vita et cõuersatione sanctissim⁹: qui multa ad vtilitatẽ ecclesiæ catholicæ constituit: cuius permissiõe et auctoritate sequentiarũ vsus in ecclesiis gallicanis Notgero abbate sancti Galli procurante: primũ cœpit. Scripsit inter alia ex psona sui pontificatus egregium volumen

Epistolarum ad diuersos: li.i.

Moritur sub Lothario siue Ludouico secundo imperatore. Anno dñi. DCCCLXIX. Indictiõe secũda. viii. Idus decembris.

Iohannes dyaconus ecclesiæ Romanæ: vir in scripturis sanctis eruditus: & sæcularium litterarũ nõ ignar⁹: vita et cõuersatione non secus q̃ doctrina venerabil'. Scripsit ad multorũ ædificationẽ: ad iohannẽ papã septimũ satis illustri stilo grande volumen quod continet

Vitã scti gregorii papæ primi: li.iiii.
Et quædam alia.

Claruit sub Carolo caluo imperatore. Anno dñi. DCCCLXX

Notgerus epũs Leodiensis: ex abbate monasterii sancti Galli: ordinis diui patris benedicti: natione theutonic⁹ vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: et i sæcularium litterarũ disciplinis oĩm sui temporis doctissimus philosophus: poeta et musicus insignis: et nõ minus sanctitate q̃ scientia venerabilis. Scripsit tam metro q̃ prosa multa opuscula: de quibus ad man⁹ nostras pauca puenerũt. Legi eñ tñ volumẽ qđ Sequentiarꝝ pnotauit: qđ scripserat cũ adhuc monach⁹ esset in cœnobio scti Galli: ad Lutuardum episcopũ Vercellensem et archicapellanũ Caroli imperatoris magni. Huius autem operis sic incipit

Prologus siue præfatio: epi.i. Summe sctitatis meri.

Sequentiarius aũt sic: li.i. Grates nũc oẽs reddã.
De musica et symphonia: li.i.
De expositorib⁹ sacrae scripturae li.i. Cũ prudẽs sis et prudẽ.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
De caeteris quae cõposuit: nihil ad noticiã lectiõis nostrae puenit. Huius doctissimi viri Sequentiarũ Nicolaus papa prim⁹ approbauit: et ad missas decãtari praecepit. Qui ꝓpter scientiae & vitae claritatẽ primo abbas: deinde in senectute sua eps consecratus: decimus in ordine Leodiẽsis ecclesiae regimini praefuit: sub Lothario ĩpatore filio Ludouici. Anno dñi. DCCCL. sub quo et moritur non sine opinione sanctitatis.

CHristianus qui et Druthmarus monachus et presbyter Corbeiẽsis ordinis sanctae memoriae Benedicti cassinẽsis: natione aquitanicus: vir in diuinis scripturis doctus: graeco et latino sermone imbut⁹: veniẽs ab Aquitania in Galliã: nomẽ suũ scribendo notificauit. De cuius opusculis ego tñ videre hucusq; merui opus grande et praeclarũ ad monachos Stabulẽsis et Malmõdariensis coenobiorꝝ sub vno abbate cõsistentiũ in diocesi Leodiensis ecclesiae: aperto sermone cõscriptum
In euangeliũ Matthaei: li.i. Hũc titulũ nõ fecit eıã.
De aliis nihil vidi.
In prologo expositiõis euãgelii sm Matthaeũ etiã ĩ alios euãgelistas se scripturũ ꝓmisit: qd̄ et fecisse dicit: sed a nobis ignoratur.

VVandelbertus dyacon⁹ et monachus Prumiensis coenobii: ordinis sancti benedicti Treuerẽsis dyocesis: natione theutonicus: vir in diuinis scripturis erudit⁹: & ĩ saecularibus litteris magnifice doct⁹: ingenio promptus: et clarus eloquio: scripsit tam metro q̃ prosa nõ pauca volumina: de quibus ego tñ vidi ad Marcuardũ abbatẽ quendam
Vitã scti Goaris presbyteri: li.i.
Miracula eiusdem: li.i.
Martyrilogium metrice: li.i.
Claruit sub Lothario imperatore. Anno domini. DCCCL.

ALmannus monachus Altuillarensis coenobii: ordinis sancti benedicti: vir in diuinis scripturis erudit⁹: et ĩ saecularib⁹ litteris egregie doct⁹: ingenio subtilis et clar⁹ eloquio. Scripsit tã metro q̃ prosa varia opuscula: quib⁹ nomẽ suũ etiam posteris notificauit. Et quia suo tp̄e Francia a Normannis

vastabat̃: exemplo Hieremiæ prophetæ desolationẽ eiusdẽ terrę et sui monasterii quadruplici deplanxit
Alphabeto componẽs: li.i.
Vitam vinardi episcopi: li.i.
Vitam sancti Syndulphi: li.i.
Vitã sctẽ Helenæ Augustæ: li.i.
Translationẽ eiusdem: li.i.
Alia quoq; nõnulla scripsisse dicit̃: quæ ad noticiã meã nõ venerũt Claruit sub Carolo tertio imperatore. Anno dñi. DCCCXC.

MIlo monachus cœnobii sancti Amandi: ordinis diui benedicti: natione gallus: vir vndecũq; doctissim⁹: orator: poeta et musicus insignis: nec minus honestate morũ q̃ scientia scripturarum venerandus. Scripsit tam carmine q̃ soluta oratione non pauca volumina. De quibus ista præcipue feruntur ad Carolum caluum imperatorem
De sobrietate metrice: li.i.
Vitã scti Amandi metrice: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Claruit temporibus Caroli ĩpatoris secũdi: cognomento calui. Anno dñi. DCCCLXX. et multa egregia cõposuit

HVgbaldus monachus Eluonensis cœnobii: ordinis scti benedicti: natione gallus vir tam in diuinis scripturis q̃ in sæcularibus litteris eruditissimus: in musica: poetica philosophia et cæteris artibus humanitatis nulli suo tp̃e secũdus: quod multa vtroq; stilo ab eo conscripta testant̃ opuscula. De quibus ego tñ adhuc reperi subiecta: Ad carolũ caluũ imperatorem mirabile opus. c. xxxvi. versuum: in quo oĩa verba ab vna lr̃a. c. ĩcipiũt: vt Carmina Clarisone caluis cantate camenæ: qđ prænotat̃
De laude caluoꝶ: li.i. Carmina clarisone cal.
De arte musica: li.i.
Gesta sancti Lebuini: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Vitas etiã multoꝶ sctoꝶ ornato descripsit eloquio: & cantus ĩ honore ipsorũ dulci et regulari melodia cõposuit. Claruit tp̃ib⁹ Caroli calui imperatoris. Anno dñi. DCCCLXXX.

REmigius monachus Antisiodorensis: ordinis sancti benedicti: et postea vt ferunt vrbis eiusdẽ antistes: vir ĩ diuinis et humanis scripturis eruditissim⁹: carmĩe & pro-

sa scriptor insignis: sancti Odonis Cluniacēsis primi abbatis prae ceptor: vita et doctrina praeclarus. Edidit vtroq; stilo multa volumina: de quibus subiecta feruntur

In Cantica canticorum:	li. i.	
In totū psalterium:	li. i.	Prophetia diuina īspi.
In euangeliū Matthaei:	li. i.	
In Canonem missae:	li. i.	
De officiis diuinis:	li. i.	
De festiuitatibus sanctorꝝ:	li. i.	
Ad epm Eduorum:	li. i.	
Sermones quoq; plures:	li. i.	

Alia insup multa cōposuit tā in sacris lrīs q̄ etiā ī saecularibus scripturis: Donatū et veteres auctores exponēdo: q̄ a multis habent. Claruit sub Carolo caluo impatore. Anno dn̄i. DCCCLXXX

CONstantinus monachus Cassinēsis coenobii: ordinis sancti benedicti: natione Afer: vir ī diuinis scripturis admodū studiosus: et in saecularib⁹ litteris maxime in philosophia et medicina eruditissim⁹: graeco: latio et arabico eloqo ad plenū instruct⁹. Scripsit in medicinis multa opuscula q̄ apd medicos in precio habent. Transtulit etiā antiquorꝝ medicorꝝ multa volumina de graeco et arabico in latinū: quae suis praefationib⁹ & eplīs praesignauit. De cuius opusculis ista vidi

Dietas vniuersales:	li. v.	Q d in primis coegit.
Dietas particulares:	li. iii.	Cōpleuim⁹ in libro pri.
De pōderib⁹ medicinalib⁹:	li. i.	Pondera medicinalia.
De vrinis quoq;:	li. i.	

De caeteris aūt voluminib⁹ eius q̄ multa et scripsit et trāstulit: ad manus nostras nullū memini puenisse. Medicis notiora sunt.

AMbrosius ansbert⁹ monachus et presbyter ordinis sancti Benedicti: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: ingenio mitis et dulcis eloquio: multos in sacris voluminib⁹ cōmentarios edidit: quibus nois sui famā ad posteros trāsmisit. Pauca tñ ad noticiā meā venerīt: repi eī dūtaxat subiecta

In Cantica canticorꝝ:	li. i.	Donū sapiētiae cū Sa.
In psalterium quoq;:	li. i.	
In Apocalipsin Iohannis:	li. x.	
De cupiditate	li. i.	
Epistolarum ad diuersos:	li. i.	

Clаruit sub Arnoldo imperatore. Anno domini. DCCCXC.

PAscasius Ratbertus abbas Corbiēsis: ordinis sancti benedicti: vir in diuinis scripturis valde eruditus: & saecularium lrārū nō ignarꝰ: graeco et latino nobiliter instructꝰ eloquio: ingenio acutꝰ: sermone cōpositus. Scripsit metro et prosa non pauca opuscula: de quibus ego tm̄ reperi subiecta: Ad Placidum abbatē nostri ordinis opus insigne

De sacramento altaris:	li.i.	Quisqs catholicorū.
Vitā scti Adelhardi epi:	li.i.	
In Threnos Hieremiae ꝓphete:	li.i.	

De graeco etiā nōnulla trāstulit in latinū: et alia multa cōposuit. Claruit tpibus Caroli grossi impatoris. Anno. DCCCLXXX

ERicus monachus ordinis sancti benedicti: coenobii Antisiodorensis ciuitatis: vir in diuinis scripturis doctꝰ: & ī disciplinis saecularium litterarū eruditissimus: carmine excellens et prosa: in declamandis ad populū homeliis doctor egregius fuit. Scripsit metrice luculenter

Vitā Germani antisiodorēsis:	li.vi.
Homeliarum ad populū:	li.i.

Sermones et epistolas plures. Alia quoqꝫ multa vtroqꝫ stilo cōposuit: quae ad noticiā meā non venerunt. Claruit circa tempora Caroli grossi imperatoris. Anno dñi. DCCCLXXX.

OTfridus monachus Vuissenburgensis coenobii: ordinis diui patris benedicti: natione theutonicus: Rabani mauri abbatis Fuldensis quondā auditor atqꝫ discipulus: vir ī diuinis scripturis eruditissimꝰ: et in saecularibꝰ lr̄is egregie doctus philosophus: rhetor et poeta insignis: ingenio excellens et disertꝰ eloquio. Scripsit tā metro q̄ prosa multa ꝑclara opuscula: quibꝰ nomē suū ad posteros trāsmisit. Exemplo etiā Caroli impatoris magni conatus est barbariē linguae theutonicae ad regulas grāmaticales reducere: qđ et ex pte perfecit. Vnde ea q̄ patrio sermone cōscripsit nō facile nr̄a aetate legi et intelligi possunt: etiā ab homine quantūcumqꝫ theutonicae linguae perito. De cuius opusculis extāt subiecta. Ad Luitbertū Mogūtinēsis ecclesiae archiepm̄ octauū: in euangeliū opus grande et insigne: qđ praenotauit

Gratiam Theotistae:	li.v.	Dignitatis culmīe grā.
Ad Ludouicū regē:	li.i.	Ludouico orientaliū.
Ad Salomonē epm̄:	li.i.	Salomoni epo Otfri.

Ad monachos sancti Galli: li.i. Otfrid⁹ vuisseburgeñ.
In psalterio volumina.iii. li.iii.
De iudicio extremo: li.i.
De gaudiis regni cælestis: li.i.
Carmina diuersi generis: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.

Alia insuper multa cōposuit: quæ priorum negligētia perdita: & ignorantia monachorꝝ rasa et lacerata: ad me nōvenerūt Clanuit sub Ludouico lothario: et Carolo impatorib⁹ sibi inuicē succedentibus. Anno domini. DCCCLXX.

ADreualdus qui et Albertus: monach⁹ Floriacēsis cœnobii: ordinis sancti bñdicti: vir vndecūq; illustris atq; doctissimus: nomē suū scribēdo notificauit: dū ad ædificationē simpliciū fratrū alterno stilo multa volumina in scripturis sctis composuit. Scripsit inter cætera sui ingenii opuscula a tpe translationis corporis sancti benedicti: de cœnobio Cassinēsi i monasterium Floriacense: vsq; ad tempus Odonis regis Frācorum historiam luculento sermone continentem

Miracula sancti benedicti: li.i.
Et alia multa quæ non vidi.

Clanuit temporibus Arnoldi impatoris. Anno dñi. DCCCXC

ODo prim⁹ abbas Cluniacēsis: ordinis scti benedicti: remigii Antisiodorensis monachi quondā auditor: vir in scripturis sctis studiosus et erudit⁹: et collapsi ordinis diui patris benedicti instaurator egregi⁹: nō min⁹ sctitate q̄ eruditiōe clarus emicuit. Hic erat insignis music⁹: et archicantor ecclīæ Thuronēsis: qui audita fama bernonis Gigniacensis sanctissimi abbatis ordinem sub eo ingressus est: et abbas postea Cluniacensis cōstitutus: magna sanctitate ordinē illustrauit. Qui cū esset declamator homeliarum præcipuus: multos ad fratres sermones composuit. Scripsit etiam inter cætera ingenii sui opera

Vitam sancti Gerardi: li.i.
Laudes sancti Martini: li.i.
Chronicam succinctam: li.i.

Hymnos etiā et varios cantus in honore sctōrū dulci et regulari melodia composuit. Rogantibus quoq; fratrib⁹: libros beati Gregorii papæ sup Iob abbreuians: in vnū volumē cōportauit. Claruit temporibus Arnoldi imperatoris. Anno dñi. DCCCCXX.

RAtbodus quartusdecim⁹ epũs Traiectẽsis: natiõe theutonicus: vir in diuinis scripturis valde eruditus: et saecularium litterarꝶ nõ ignarus: ingenio subtilis: eloquio clar⁹ vita et cõuersatione sanctissim⁹: multis et viuus et mortuus miraculis coruscauit. Hunc ĩ oĩbus litteris humanitatis Nãno philosophus doctissim⁹ instruxerat: qui aduocat⁹ in palatio regis Caroli grossi fuit: et postea monasteriũ ingressus: tandẽ epũs vt diximus consecratus: ecclesiã Traiectensem in graui Danorũ ꝑsecutiõe decem et septem annis strenue gubernauit. Scripsit aũt nõnulla praeclara opuscula: de quibus ista feruntur

Laudes sancti Martini: li.i.
Laudes sancti Bonifacii epi: li.i.
De sancta Amalberga: li.i.
Homeliarũ et sermonũ: li.i.
De sctõ Vuillebrordo flores: li.i.

Integrũ quoqꝫ de sancti Martini translatione officiũ cõposuit. Et varios cantus in honore sanctorũ. Morit̃ sub Ludouico filio Arnoldi imꝑatoris. Anno. DCCCCXVII. Indictõe quĩta. iii. Calend. decembris. Episcopatus sui anno. xviii. Sepultus apd̃ Dauãtriam: vbi residere in episcopatu antea consueuerat.

AVrelianus ecclesiae Remẽsis clericus: in scripturis sanctis admodũ studiosus: et in saecularibus litteris nobiliter doctus: music⁹ suo tpe excellẽs et insignis. Scꝑsit ad Bernardum archicantorem postea episcopum: de regulis modulationum: quas tonos vel tenores appellant: et de ipsarꝶ vocabulis volumen insigne: cuius titulus est

Tonarius regularis: li.i.

Scꝑsit et alia q̃dã. Claruit circa tpa arnoldi ĩpato. anno. DCCCC

REgino abbas Prumiẽsis coenobii in diocesi Treuerensi: ordinis sancti Benedicti: natione theutonicus: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: et in saecularibus litteris nobiliter doct⁹: inter doctores Germaniae et Galliae suo tpe facile obtinuit principatũ. Scripsit magnae auctoritatis opuscula: de quib⁹ ego tñ reperi subiecta. Ad Alberonẽ primũ epm̃ Metẽsem: a natiuitate christi vsqꝫ ad annũ eiusdẽ nongentesimũoctauũ: continẽtem praecipue gesta Francorꝶ et Germanorꝶ. scripsit

Historiã seu chronicam: li.x.
De disciplina ecclesiastica: li.ii. In primis inquirẽdum.

De cæteris nihil adhuc vidi. Scripsit aūt præfatū opus qđ p̄notatꝰ de ecclesiastica disciplina et religione christiana: iubēte Ratbodo archiepiscopo Treuerorꝝ: quod ex decretis sanctorꝝ patrū et generalium conciliorū in duobus libris cōportauit: et in nongenta ferme capitula per rubricas ex more luculenter distinxit.

Claruit sub Arnoldo imperatore. Anno dñi. DCCCCX.

Hildouinus ex abbate Lobiensis monasterii: ordinis sancti Benedicti: primū epūs Laudociēsis: inde pulsus ad Hugonē regē Italiæ venit: cui affinitatis linea iūgebatꝰ a quo Veronēsis epūs cōstitutus est: ac postremo post Lampertū archiepūs Mediolanensis factus: Ratheriū monachū ecclīæ Veronensi ordinauit antistitē: vir in diuinis scripturis satis eruditus. Scripsit petentibus fratribus cū adhuc esset abbas

Gesta abbatū Lobiensium: li. i.
Sermones ad fratres: li. i.

Et quædā alia. Claruit sub Hugone rege Italiæ tpibus Conradi imperatoris Romanorꝝ et Germanorꝝ. Anno dñi. DCCCCXX.

Ratherius ex monacho Lobiensis cœnobii post Hilduinū epūs Veronensis: vir in diuinis scripturis eruditus & in artibus humanitatis quas liberales vocant peritissimo aīo simplex: ingenio placidus et eloquio scholasticus: cū Hildouino episcopo ad Hugonē regē venit in Italiā: et post eius ad archipræsulatū Mediolanensis ecclesiæ translationē: antistes Veronēsis ciuitatis constitutus: nō multo post ab Hugone inde expulsus ob eā causam ꝙ Arnoldum ducē Bauariæ hostē Hugonis Veronā intromisisset: apud papiā exilio relegatus est. Tandē ad ecclesiam suā reuersus: denuo nescio an ob eandē causam pulsus: pro sui consolatione varia vtrobiqꝫ cōposuit: quæ legentiū intellectibꝰ nō minus placere poterūt q̄ prodesse: de quibus ista feruntur

De primo suo exilio: li. i.
Aliꝰ de secūdo p̄notatꝰ frenesis: li. i.
Alius qui vocatur inefficax: li. i.
De corpore et sanguine dñi: li. i.
Cōtra Anthropomorphitas: li. i.
Agonisticon id est præloquiorꝝ li. vi.
Confessionum quoqꝫ: li. i.
Vita scti vrsmari Lobieñ. li. i.

Alia quoqꝫ nōnulla scripsisse dicitꝰ: quæ ad noticiā meā nō venerūt

Et postremo vt Sigebertus monachus scribit: epũs Leodieñ. factus: etiam inde pulsus fuit. Claruit temporibus Henrici impatoris romanorum primi. Anno dñi. DCCCCXXX.

STephan⁹ ex clerico Metẽsis ecclĩæ: eps Leodiẽsis: post Franconẽ: vir in diuinis scripturis doct⁹ et ĩ sæcularibus lr̃is magnifice perit⁹: et nõ min⁹ scẽtitate q̃ scientia venerabilis. Scripsit nõ spernendæ vtilitatis plura opuscula: quib⁹ nomẽ suũ posteris innotuit. Ad Hermannũ archiepm Coloniẽsem.

Vitam sancti Lamperti: li.i.

Ad Rupertũ epm Metensem: li.i.

Et quædã alia. Scripsit etiã cãtũ de sancta Trinitate ex Alcuino quo in octauis pẽtecostes vtimur: de inuẽtione scti Stephani: & cãtum nocturnũ de scõ lamperto epo et martyre: quos oẽs cũ quibusdam aliis autentica et dulci modulatiõe cõposuit. Claruit temporibus ludouici filii Arnoldi imperatoris. Anno dñi. DCCCCX.

RAdulphus Flauiacẽsis monach⁹: ordinis sancti benedicti: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: et in oĩbus lr̃is humanitatis suo tpe doctissim⁹: ingenio subtilis: sensu ꝓfundus: eloquio dulcis: ornatus et disertus: in exponendis voluminibus sacris acutus et multum egregius. Scripsit duo magna & ꝓ̃clara volumina

In Leuiticum: li.xx. Cũ aliqñ fmo de iudæ

In epistolas Pauli: li.xiiii.

Historiam Francorum: li.i.

Chronicã quoq; breuem: li.i.

Alia insup multa ędidit: quæ ad noticiã meã non venerunt. Sunt qui scribãt eũ monachũ fuisse Fuldẽsis cœnobii ĩ germania.

SMaragdus abbas monasterii sctĩ michaelis: ordinis diui patris benedicti: vir in diuinis scripturis valde erudit⁹: et iugi studio earundẽ exercitatus: regularis disciplinæ auriga: sanctas scripturas exponendo nomẽ suũ longe lateq; innotuit: et magnã opinionẽ sciẽtiæ et cõuersatiõis suæ acquisiuit. Scripsit enĩ multa præclara opuscula. De quibus ego tñ reperi subiecta

In regulã sancti benedicti: li.i. Cũ turbas plurimoꝝ.

Diadema monachorum: li.i. Hũc modicũ libellum.

In totum psalterium: li.i.

In ep̃las et euangelia per annũ: li.ii.

Sermones quoq; plures: li.i.

De cæteris aũt opusculis eius nihil vsq̃ potui inuenire. Dicit̃ aũt ꝙ mltos in diuinis scripturis ꝯmentarioꝝ tractatus ędiderit. Sed et Donatum maiorẽ exposuit: et multos sæculariũ lr̃aꝝ auctores explanauit.

VVindichinus monach⁹ Corbeiẽsis cœnobii in Saxonia ordinis sancti benedicti: natione theutonicus: vir ĩ diuinis scripturis doct⁹: et ĩ sæcularib⁹ litteris eruditissim⁹ ingenio promptus: et clarus eloquio: metro excellẽs et prosa. Scripsit alterno stilo multa præclara opuscula. De quib⁹ ego tñ adhuc reperi subiecta. Ab exordio Saxonum vsq; ad mortẽ Ottonis imperatoris primi: scripsit ad Mechtildam eius filiam

Historiam Saxonũ: li.iii. Flore virginali cũ ma.
Gesta Ottonis primi: li.i.
Passionẽ Teclæ ꝟginis metrice li.i.
Vitã Pauli primi heremitæ: li.i.

Claruit sub Ottone ĩpatore primo. Anno dñi. DCCCCL.

EVtrandus Ticinẽsis ecclesiæ dyaconus: natione italus: ex Papia ciuitate oriundus: Berengarii regis italiæ regis quondã scriba et secretarius: vir in sæcularibus litteris valde eruditus: et diuinarũ scripturarũ nõ ignar⁹: ingenio acer et vehemens: græco et latino sermone peritus: et nõ minus carmine excellens q̃ prosa. Fertur nõnulla præclara scripsisse opuscula: q̃bus nomẽ suũ notificauit. A berengario rege italia pulsus: venit ĩ Germaniã: et apud Franckfordiã positus. Scripsit insigne opus historiam sui temporis et tyrannidẽ ipsius Berengarii cõtinentẽ: qđ quasi pro vicissitudine iniuriarũ ab eo perceptarũ prænotauit

Antapodosim.i.retributionẽ: li.vii. Regnãtib⁹ imo sæuiẽ.

De aliis nihil vidi.

Scripsit aũt præfatũ volumẽ ad Regimundũ episcopũ Liberitanæ Hispaniarum ecclesiæ: in quo aliqñ carmine vtit̃: aliqñ græco sermone: multa de Germanoꝝ gestis interserens.

Claruit sub Ottone p̃mo impatore. Anno dñi. DCCCCL.

ALbo Floriacẽsis monasterii abbas: ordinis scĩ Benedicti: vir in diuinis scripturis iugi lectione et studio exercitatus: et in sæcularib⁹ disciplinis egregie doct⁹: vita quoq; et conuersatione insignis: & vsq; ad martyrii coronã dignus comprobatus: dum in Vastonia verbũ dei p̃dicaret: fidei christianæ testis sanguinis effusione factus est. Scripsit

Super calculo Victorii: li.i.
Additiones in eundem: li.i.
Et quaedam alia:
Claruit temporibus Ottonis primi. Anno dñi. DCCCCLXX

RVpertus rex Franciae: nobilis: fortis: iust⁹: doctus et religiosus: inter ecclesiasticos scriptores locū merito recipit: quippe qui cātus et responsoria dulci et regulari modulamine ad honorē ecclesiae catholicae cōposuit. In litteris humanitatis praesertim in musica doctissim⁹ fuit: tantae aūt religiōis vt horas canonicas in ecclesia decantaret cū clericis: foris apud se legeret cū suis. Tantae pietatis et miseratiōis extitit in pauperes: vt suis se aliqñ vestimentis spoliās eorū nuditates multis vicib⁹ operiret. De eius manibus liber nunq̄ recedebat: adeo vt pro tribunali sedens: inter iudiciorū et causarū strepitus in sinu apertū haberet psalterium. Vnde et post mortē miraculis coruscasse legit̃. Eius est illa vulgata sequentia quae cantatur: diebus pentecostes

De sancto spiritu:	sc3	Veni sancte spūs.
Respōsoriū de sctō Petro:	sc3	Cornelius Centurio.
De natiuitate dñi:	sc3	Iudaea et hierusalē no.
Et illud Alleluia:	sc3	Eripe me de inimicis.

Et alia multa quae nescio.
Responsoriū: Cornelius Centurio: Romae summo pontifice missam celebrante: sancto Petro in altari offertorii tempore cum magna deuotione obtulit. Accurrentes aūt ministri altaris: arbitrati sunt magni pōderis aurū obtulisse diuitē regem: sed cedulā repe rientes scriptā et notatā admirabant̃: ingeniū et deuotionē principis collaudātes. Hinc papa decreuit ob memoriā sanctissimi regis rogātibus clericis: vt hoc responsoriū in honorem sancti Petri deinceps cantaretur.
Claruit sub Ottone secūdo imperatore. Anno. DCCCCLXXX

AMmoni⁹ monachus Floriacēsis coenobii: ordinis sancti benedicti: natione gallicus: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: atq; in saecularium litterarum disciplinis sufficienter instructus. Fert̃ tam metro q̄ prosa nōnulla cōposuisse opuscula: sed ad manus nr̃as minime venerūt. Scripsit post
Ad renaldum monachum volumen vnum
De miraculis sancti benedicti: li.i.
Claruit sub Ottone imperatore tertio. Anno dñi. DCCCCXC

HErigerus abbas Lobiensis cœnobii: ordinis sancti benedicti: in diuinis scripturis eruditissimus: et in sæcularibus litteris nobiliter doct⁹: carmīe excellēs et prosa. Cuius Berno abbas Augiēsis meminit ī libro quodā ad Aribonem Moguntinū archiepm. Scripsit dialogū insignē sub persona sui et Adelboldi clerici et monachi tūc Romæ existētis: postea epī traiectensis: de quo statim nobis sermo habēdus est: prænotatum

De dissonantia ecclesiæ: li. i.
Vitam sancti vrsmari metrice: li. i.
Ad Hugonē de quæstionibus: li. i.
De diuinis officiis: li. i.
Gesta eporum Lobiensiū: li. i.
De corpore et sanguine dn̄i: li. i.
Et alia plura.

Claruit sub Ottone impatore tertio. Anno dn̄i. DCCCCXC.

FLaualdus monachus Remensis: ordinis sancti Benedicti: ī scripturis diuinis eruditus: et in sæcularib⁹ litteris egregie doctus: ingenio subtilis et disertus eloquio. Scripsit nō cōtemnēdæ lectionis opuscula: quorū studio nomē suū cū gloria trāsmisit ad posteros. E quibus fertur opus insigne a cōditione Remensis ciuitatis: quā milites Remi a fratre Romulo necati fugatos ob memoriā dn̄i sui cōstruxisse: et sic appellasse cōmemorat: vsq; ad sua tpa: in quo multa de sctis martyrib⁹ et aliis rebus ac gestis interserens: volumini hunc titulū dare voluit

Gesta Remensiū pontificū: li. iii.
Vitas quoq; multoꝝ sanctoꝝ: li. i.
Alia insup multa scripsisse dicit̄: quæ ad noticiā meā nō venerūt.

ALbertus monach⁹ Lobiēsis: et postea gemblacēsis cœnobii abbas: præceptor burckardi vuormaciēsis episcopi: vir in diuinis scripturis doct⁹: et in sæcularibus litteris valde erudit⁹: cū adhuc monachus esset: apud Lobias publicā scholam monachorum tenuit: in qua Burckardum vna cū aliis in vtraq; litteratura erudiuit. Scripsit inter alia sui ingenii opera

Vitas pluriū sanctorum: li. i.
Cantus in honore sanctorum:
Et quædam alia.

Claruit in multa religione et disciplina temporibus Ottonis imperatoris secundi. Anno domini. DCCCLXXX.

ARibo Moguntinus archiepūs:decimus et nonus poſt ſanctū bonifaciū Martyrē:ad quē berno abbas Augiēſis cœnobii de aduentu dñi conſcripſit tractatū:vir ī diuinis ſcripturis ſtudioſus et eruditus: celebrata ſynodo apud Selgenſtat cum Burckardo epiſcopo Vuormaciēſi et aliis epiſcopis atq; abbatibus ſuis. Anno dñi. M. XXIII. Indictione.vi.multa vtilia conſtituit:quæ in ſcripturis autenticis habenꝰ. Scripſit etiā

In pſalmos.xv.graduum: li.i.
Ad Bernonem abbatem: epi.i.
Et quaſdam ad alios epiſtolas.
Moriꝰ ſub Cōrado iuniore impatore. Anno dñi. M. XXXI.

BVrckardus ex monacho Lobiēſis cœnobii:ordinis ſancti benedicti:epūs Vuormacienſis in Germania: Alberti Gemblacenſis abbatis apud Lobias quondā auditor atq; diſcipulus:cuius in canone fit mentio.lxxiii.diſt. In noīe dñi. vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſimus et valde eruditus. Scripſit ex ſententiis ſanctorꝝ patrū et generaliū cōciliorū atq; ſummorū pontificū:magnū et inſigne opus poſt Iſidorū:videlicet

Decretorū quod diuiſit in li.xx.   In nouo teſtamēto pꝰ.
Epiſtolarum ad diuerſos: li.i.
Claruit ſub ſctō Henrico impatore. Anno dñi. M. XX.

BErno abbas Augiēſis cœnobii: ordinis ſancti benedicti Conſtantienſis dioceſis:natione theutonicꝰ:vir in diuinis ſcripturis doctus: et in ſæcularibus litteris valde nobiliter eruditus:muſicus et poeta: nulli ſuo tempore ſecūdus:vita et conuerſatione præcipuus. Scripſit tam metro ꝗ proſa quædā p̄clara volumina: de quibus ego tm̄ reperi ſubiecta. Ad Piligrinū archiepiſcopū Coloniēſem egregiū & vtile volumē compoſuit

De muſica ſeu tonis: li.ii.   Oīs igiꝰ regularis mo.
De inſtrumentis muſicæ: li.i.   Muſicā nō eſſe ꝑtem.
De aduētu dñi ad Aribonē: li.i.   Summe dignitatis.
De officio quoq; miſſæ: li.i.
De ieiunio quattuor temporū: li.i.
De ieiunio ſabbati: li.i.
De menſura monochordi: li.i.
Epiſtolarum ad diuerſos: li.i.
Alia inſuper multa ędidit: quæ ad noticiā meā nondū venerunt. Claruit tpibus ſancti Henrici imperatoris primi: ſed regis ſecūdi

quia primus coronã imperii nõ accepit. Anno dñi. M.XX.

ADelboldus eps Traiectẽsis: ex monacho: vt ferunt Lobieñ. ordinis sancti benedicti: sub cui⁹ persona Herigerus abbas dialogũ de aduentu dñi cõposuit: vir in diuinis scripturis eruditus: et in saecularibus litteris nobiliter doctus: in curia sancti Henrici imperatoris ĩ magno precio habit⁹: nõ minus armis q̃ eruditione prostrauit infideles. Scripsit
Vitã sancti Henrici impatoris: li. i.
De laude sanctae crucis.
De laude beatae Mariae. Sed et alia tam metro q̃ prosa nonnulla ędidit: quae ad noticiã meã nõ venerunt. Moritur sub Conrado iuniore imperatore. Anno dñi. M.XXVII. Indictione. x. Episcopatus sui anno. xviii. quinto Calend. decembris.

OSbertus monachus Canthuariẽsis: ordinis sancti Benedicti: vir in diuinis scripturis eruditus: et ĩ musica arte peritissim⁹: ingenio subtilis et clarus eloqo: varios in vtraq; litteratura tractat⁹ ędidit: quibus famam sui nominis ad posteros transmisit. Scripsit inter alia
Vitã scti Dunstani archiepi: li. i.
De musica quoq;: li. i.
Claruit tpibus sancti Henrici impatoris. Anno dñi. MXX.

ODilo abbas Cluniacẽsis quart⁹: ordinis sancti benedicti: vir sanctus et eruditus: quinquaginta et sex annis monasterio praesidens: verbo et exemplo multorũ aĩas direxit ad christũ: cuius vitã virtutibus et miraculis plenã Petr⁹ Damiani epũs et cardinalis Hostiensis luculento sermone descripsit. Cõposuit ad aedificationem fratrũ suorum
Sermones elegantes: li. i.
Morit sub Henrico impatore secũdo. Anno dñi. M.XLVIII. Indictiõe. I. Aetatis suae anno. lxxxvii. Prima die mẽsis Ianuarii

FVlpertus epũs Carnotensis: in scripturis diuinis eruditissimus: et in saeculariũ litterarũ disciplinis oĩm suo tẽpore doctorũ doctissimus: poeta clarus et dialectic⁹ subtilissimus: multis annis scholae publicae praesidẽs: plurimos doctissimos auditores enutriuit. Vita quoq; sanctissim⁹: multis legitur miraculis coruscasse: qui inter caetera scripsisse dicitur
Epistolarum ad diuersos: li. i.
In laudibus sanctae mariae: li. i.

Hymnos et orationes varias. Et quædã alia deuota.

Claruit temporibus Henrici regis primi. Anno domini. M.X.

BRuno epũs Herbipolensis: Cõradi impatoris secũdi patruelis: natiõe theutonicus: vir in diuinis scripturis studiosus: vita et cõuersatione sanctissimus: qui ob meritorum suorꝝ excellentiam catalogo sanctorꝝ inscriptus: Franciæ orientalis singularis patronus habetur. Comportauit ex antiquorũ patrum scriptis pulchram expositionem

In totum psalterium: li.i. Beatus vir qui nõ abi.

Si aliud scripserit nescio.

Morit sub Henrico impatore secũdo. Anno dñi. M.XLV. Indictione.xiii. Sexto Calend. Iunii.

RVpertus abbas monasterii Cassinẽsis: ordinis sancti benedicti: vir in diuinis scripturis studiosus et erudit⁹: atq; in sæcularib⁹ litteris egregie doct⁹: regularis disciplinæ zelosus et strẽnuus gubernator: vt ouiũ sibi commissarum verbo et exemplo pastor vtilis posset haberi. Scripsit ad ædificationẽ fratrum suorum pulchros et elegantes

Sermones: li.i.

Alia quoq; nõnulla ędidit: q̃ ad noticiã nostrã adhuc nõ venerunt.

GVido monachus et abbas cœnobii de cruce sancti Leufredi: ordinis diui patris benedicti: patria aretin⁹: vir ĩ diuinis scripturis exercitatus: atq; in sæcularib⁹ disciplinis eruditissim⁹: dialecticus et musicus insignis. In hoc etiã præferendus cæteris: ꝙ ignotos cantus etiã pueri et puellæ p eius regulã in manu sua facilius discant p se: q̃ per vocẽ magistri: aut p vsum alicuius instrumenti. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula: cõtra Berengariũ clericum Thuronensis ecclesiæ

De corpore et sanguine dñi: li.i.

De musica quoq;: li.ii. Igit qui nr̃am discipli.

Et alia quæ non vidi.

Claruit sub Conrado iuniore imperatore. Anno dñi. M.XXX.

EGelnot⁹ archieps Canthuariẽsis ecclesiæ ĩ Anglia: vir ĩ diuinis scripturis erudit⁹: et sæculariũ lrãꝝ nõ ignar⁹: vita et cõuersatiõe sctissim⁹: aduocat⁹ pauperũ clemẽtissimus: cuius hortatu Cnito rex Angliæ multas faciebat elemosynas: præsertim ad ecclesiam Carnotensem: cui tunc vir doctissim⁹ Fulpertus episcopus præerat: cuius supra fecimus mentionẽ. Sci

psisse dicitur ad honorem dei omnipotentis pulchrum opus
In laudem sanctæ mariæ: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Et quædam alia.
Claruit tpibus Conradi imperatoris iunioris. Anno. M.XXX

ADelmann⁹ grãmaticus ex clerico Leodiẽsi epũs brixiensis: Fulperti Carnotẽsis antistitis quõdã auditor: vir ĩ diuinis scripturis studiosus et erudit⁹: philosophus et dialectic⁹ suo tpe famosus: metro excellẽs et prosa. Scp̃sit vtroq; stilo quædã ꝯmẽdãda opuscula: de quib⁹ ad lectiõis nr̃æ noticiã pauca puenerũt. Scripsit ad berengariũ Thuronẽsem olim apud Fulpertũ condiscipulũ suũ: tunc errare et praue dogmatizare incipientem valde prolixe et amice eũ corripiens
De corpore et sanguine dñi: li.i. Collectaneũ te voco.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Alia insup multa tã metro q̃ prosa scripsisse dicit: quæ non vidi.
Claruit sub Henrico rege tertio. Anno domini. M.XL.

HErmannus qui dicebatur cõtractus: monachus cœnobii sancti Galli: ordinis diui patris benedicti: natione theutonicus: filius comitis de Veringen ĩ sueuia: vir in diuinis scripturis eruditissimus: et in sæcularibus litteris vniuersaliter doctissimus: philosophus: poeta: astronomus: rhetor et musicus: nulli suo tempore secũdus: triũ linguaꝝ: græce: latinæ: et arabicæ peritissimus. Scripsit carmine et prosa multa præclara volumina De quibus ego tm̃ reperi subiecta: videlicet
De musica: li.i.
De monochordo: li.i. In cõsiderãda mono.
De sex ætatibus mundi: li.i. Prima est mũdi hui⁹.
De cõpositione astrolabii: li.iii. In metienda igit sub.
De vtilitate astrolabii: li.i. Quicũq; astronomicæ
De eclipsibus: li.i.
De computo: li.i.
De quadratura circuli: li.i.
De cõflictu rythmimachiæ: li.i. Qui peritus arithme.
De phisionomia: li.i. Clari viri et prudẽtis.
Vitas plurium sanctoꝝ: li.i.
Hymnos et ꝓsas varias. Cõposuit et dulci et regl'ari melodia: cãt⁹ et ꝓsas pulcherrimas. E qb⁹ ẽ illa de btã v̾gine Maria dulcissima

Salue regina. Et alma redemptoris mater: et cæteræ quarũ copio sus est numerus. Trãstulit etiã nõnulla græcorũ philosophorũ: & arabum astrologorũ volumina in latinũ. Membris fuit iuxta nomen suum cõtractus: sed semp in gratiarũ actione perseuerãs: vnde et per beatã virginẽ dei genitricẽ interius mirabiliter consolari et illustrari meruit. Claruit temporibus Henrici imperatoris secũdi. Anno domini. M. XL.

GVimũdus archiepũs Auersanus: ex monacho cœnobii de cruce sancti Leufredi: ordinis sacratissimi patris benedicti: vir in diuinis scripturis studiosus et valde peritus: sæcularium quoq; litterarũ nõ ignar⁹. Scripsit ad Rogeriũ monachũ contra errores Berengarii Thuronensis

De corpore et sanguine dñi: li. iii. Ad rem his tẽporib⁹.

Et quædam alia nobis inuisa.

Claruit sub Henrico imperatore tertio. Anno dñi. M. L X.

ALphanus archiepũs Salernitan⁹: ex monacho Cassinẽsis cœnobii: ordinis sancti benedicti: vir in diuinis scripturis nobiliter doctus: et in sæcularib⁹ litteris ad perfectum instructus: philosophus et theologus celeberrimæ opinionis. Scripsit quædã profũdi sensus opuscula: quib⁹ ingeniũ suũ exercitãs: nomẽ etiã suũ posteris notificauit. E quibus extant

De vnione verbi dei et hõis: li. i.

De vnione corporis et animæ: li. i.

De q̃ttuor humoribus corpis: li. i.

Alia quoq; in omni litteratura volumina composuit: quæ ad nos minime venerunt.

CAmpanus natiõe Lombardus: philosophus et astronomus: oĩm opinione suo tpe celeberrimus: ingenio acut⁹: sermõe scholasticus: diuinarũ quoq; scripturarũ nõ ignarus: calculator et computista insignis. Edidit ingenii sui nõ pauca opuscula: quorũ lectio ecclesiarũ rectoribus nõ erit spernẽda. De q̃bus ego tñ legi subiecta: Opus magnũ et insigne

De cõputo ecclesiastico: li. i. Rogauit me vn⁹ ex.

De compositione quadrantis: li. i. Scire debes q̃ circulus.

Calendarium quoq;: li. i.

Alia quoq; mlta in astronomia cõposuit: q̃ ad manus nostras non venerunt.

Claruisse dicit̃ sub Henrico rege tertio. Anno dñi. M. XXX.

HElpericus monachus cœnobii scti Galli: ordinis diui patris benedicti: natione theutonicus: vir i diuinis scripturis multū eruditus: et in sæcularib⁹ lrīs doctissim⁹: philosophus: poeta et astronom⁹ isignis: ingenio subtilis et sermone compositus. Scripsit tā metro q̄ oratione soluta nōnulla opuscula. De quibus ego tm̄ reperire potui opus præclarum

De computo ecclesiastico: li.i. Cū fratrib⁹ nr̄is ado.
De musica quoq₃: li.i.
De cæteris nihil vidi.
Claruit sub Henrico imperatore tertio. Anno dn̄i. M.LXIX.

BErthori⁹ abbas monasterii Cassinēsis: ordinis sancti benedicti: vir in scripturis sctis studiosus et doct⁹: et i disciplina sæculariū litterarꝶ nobilit̄ erudit⁹: philosophus et medicus insignis. Ante cōuersionē suā multa in sua facultate fert̄ scripsisse opuscula. Sed studiū postea mutās: et aīarꝶ medic⁹ cōstitutus. Scripsit ad ædificationē fratrum suorum

Sermones elegantes: li.i.
Alios isup variosq₃ tractat⁹ ędidit: quorꝶ noticia ad me nō puenit

ROgeri⁹ monachus ordinis sancti benedicti: ad quē Guimūdus Auersanus epūs adhuc in cœnobio cōstitutus libros tres contra Berengariū scripsisse dicit̄: vir doct⁹ et tam in diuinis q̄ in sæcularib⁹ litteris erudit⁹: ad multorū ædificationē satis luculento sermone descripsit

Vitā Brunonis epi Coloniēsis: li.i.
Et q̄dā alia. Claruit sub Henrico ipatore secūdo. Anno. M.XL.

ALgerus ex scholastico monachus Corbeiēsis in Saxonia: natione theutonicus: ordinis scti Benedicti: vir in sanctis scripturis iugi studio exercitat⁹ et veterꝶ lectione diues: atq₃ in sæcularib⁹ litteris magnifice doct⁹: ingenio caut⁹ et satis disertus eloquio: carmine valens et prosa. Scripsit vrbano admodū stilo insigne volumen

De sacramento altaris: li.iii. Quia scti de corpore.
De gratia et libero arbitrio: li.i. Sciendū est ꝙ liberū.
Et quasdam epistolas.
Dicit̄ aūt et alia cōplura scripsisse: q̄ ad man⁹ nr̄as non venerunt.

ALbertus monachus Metensis: ordinis scti benedicti: natione gallicus: vir in scripturis sanctis cōtinua exercitatione perit⁹: et artiū humanitatis quas liberales vo-

camus nõ ignarus: vt nomẽ suũ trãsmitteret ad posteros. Scripsit quædã non ꝯtẽnẽdæ lectiõis opuscula: de qb⁹ fert̃ op⁹ breue sed vtile historiã cõtinens rerũ gestaꝶ sui tpis: quod dedicauit
Ad epm metensem: li.i.
Et quædam alia.
Claruit tpib⁹ Conradi impatoris minoris. Anno dñi. M.XXX

ECkebertus clericus Leodiensis ecclesiæ: natione theutonicus: in diuinis scripturis eleganter doctus: et in sæcularium litterarũ disciplinis ad perfectũ instructus. Scripsit & metro et prosa nonnulla opuscula: quibus nomẽ suum ad posteritatis noticiam transmisit. E quibus extat volumen metro elegãti compositũ: quod prænotauit
De ænigmatibus rusticanis: li.i.
De eadem re alius maior: li.i.
Et quædam alia.
Claruit tpibus Henrici impatoris tertii. Anno dñi. M.LX.

LEo papa nonus: ex epo vrbis Leucoꝶ q̃ Tullus vocat̃ sub archiepo Treuerẽsi: sedit ĩ cathedra Petri: post Damasum: annis. vii. Bruno antea vocat⁹: vir doct⁹ & sanctus. Scripsit nõnulla præclara opuscula: ĩ quibus eloquii venustas et sententiarum sublimitas merito cõmendat̃. E quibus sunt ista
Ad Constantinum monachum imperatorem
De extirpandis hæresibus: li.i.
Ad patriarchã Cõstantinopol. li.i.
Contra errores græcorum: li.i.
Ad epos Africæ et ægypti: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Morit̃ sub Henrico rege tertio: impatore secũdo. Anno domini. M.LIIII. Indictione. vii. multis coruscãs miraculis.

HVmbertus monachus Tullensis: ordinis sancti benedicti: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: et in sæcularib⁹ litteris nobiliter doct⁹: ĩgenio et eloquio clar⁹: quẽ Leo papa nonus propter scientiã litterarũ Romã secũ duxit: & episcopũ cardinalẽ ordinauit: missus ab eo Constantinopolim ad confutandas hæreses græcoꝶ: adeo Nicetã pectoratũ monachũ ĩ præsentia impatoris Cõstantini et michaelis patriarchæ cõfutauit & deuicit: vt librũ suũ quẽ contra latinorũ ecclesiã conscripserat: anathematizaret: et eũ manu ꝓpria igni cõburendũ iniiceret. Et quic

quid ibidē disputando dixit aut fecit: luculenter conscripsit: sub nomine Romani: et Constantinopolitani
Dialogorum more: li.i.
Scripsit etiam quædam alia.
Claruit sub Henrico imperatore secundo. Anno dñi.M.L.

ANselmus monachus Remensis: ordinis sancti benedicti: natione gallicus: vir in scripturis diuinis exercitatū habēs ingeniū. Scripsit quædā sui studii opuscula: quæ ad manus nostras adhuc minime venerūt. Et inter alia cōgessit in vnū volumē gesta Leonis papæ noni p galliā i ↄciliis et ↄuētib⁹ facta: vt notificaret quāta auctoritate Remis: vel i aliis vrbib⁹ synodū celebrauerit: quāta idustria et subtilitate examinauerit causas ecclīasticas: quaue districtione peccātes correxerit: quomodoq̧ ei virtus diuina cooperata sit: quod satis patuit in vna causa Remēsis synodi: vbi dum epūs Frisingensis contumaciter ageret contra auctoritatē apostolicam: deo vindicante in oīm oculis repente obmutuit. Hoc autem opus prænotare voluit
Itinerarium Leonis papæ: li.i.
Claruit sub Henrico rege tertio. Anno domini.M.L.

LAnfrāc⁹ archieps Cātuariēsis ecclīæ i anglia ex abbate Codoniēsis cœnobii: ordinis scti bñdicti: natiōe ital⁹ ex ciuitate Papiēsi: vir i diuinis scripturis eruditissim⁹: & i sæcularib⁹ lrīs maxīe i dialectica suo tpe oīm opinione doctissim⁹ et non minus sanctitate q̄ scientia clarus: reliquit ingenii sui monimenta egregia. De quibus ego reperi dumtaxat subiecta: Opus insigne
In eplās Pauli aplī omnes: li.xiiii.
In psalteriū commentariorum: li.i.
Aduersus berengariū: li.i. Lanfranc⁹ misericor.
Gesta Guilhelmi comitis: li.i.
De cæteris nihil reperi.
Claruit sub Henrico imperatore tertio. Anno dñi.M.&.LX.

PEtrus Damiani ex monacho diui patris benedicti epūs Hostiensis et sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: et sæcularium litterarū non ignar⁹: ingenio mitis et acut⁹: eloqo placid⁹ & ↄposit⁹: et ad ꝑsuadendū satis idoneus: nō min⁹ sctītate q̄ eruditione clarus & insignis effulsit. Qui exēplo magni Gregorii antisti-

tis amore solitudinis et quietis episcopatū suū deserēs posteaq̄ illum annis aliquot strenue gubernauerat ad cœnobiū suū reuersus est: et vitam deinceps cū fratribus suis in tranquillitate animi exegit. Cū aūt a summo pontifice charitatiua increpatiōe argueretur cur episcopatū vtpote vir vtilis et idoneus dimisisset amore salutis priuatæ: ad tres sibi inuicē succedētes: Nicolaū secūdū: Alexādrum secundū: et Gregoriū septimū Romanos pontificos apologeticos ędidit: in quibus auctoritate: ratione et exemplo factū suū humiliter excusans: animos eorum placauit. De cuius opusculis subiecta feruntur. Ad Leonē heremitā vtrū solitari⁹ orans horas canonicas: debeat etiam dicere: dn̄s vobiscū: quādo nemo sit q respondeat: opusculum instructum quod prænotatur

Dn̄s vobiscum:	li.i.	Dño Leoni amore.
Apologeticorum:	li.iii.	Dño suo Nicolao vni.
De incōtinentia sacerdotū:	li.i.	Nup habēs cū nōnullis
De vxoribus clericoꝝ:	li.i.	Vos alloquor o lepo.
Regula solitariorum:	li.i.	Dū feruorē sctē cōuer.
Exhortatoriū ad monachos:	li.i.	Fratrib⁹ in Gangensi.
Miraculorū sui temporis:	li.i.	Dilectissimo gerardo.
De profectu monachorum:	li.i.	
Antilogion ꝯtra iudæos:	li.i.	
De auaricia prælatorum:	li.i.	
Vita Odilonis abbatis:	li.i.	Hugo Clunia. abbas.
De terrore mortis:	li.i.	Blācæ oli comitissæ.
De meditatione mortis:	li.i.	Pensandū quippe est.
Contra epōs symoniacos:	li.i.	
Contra quendā epm:	li.i.	
De insolētia malignoꝝ hoīm:	li.i.	
Gratissim⁹ seu probatissimus:	li.i.	Dño. H. Rauēnaticæ.
Declamationis rhetoricæ:	li.i.	
De naturis quorundā animaliū:	li.i.	
De Flora et Lucilla:	li.i.	Adhuc dilectissimi vir.
De Cassiano martyre:	li.i.	Admirabilis et gl'iosa.
De sancto bonifacio:	li.i.	Beati bonifacii gl'iosa.
De sancto Anastasio:	li.i.	Ad pulchrūq̄ fres cha.
Sermonū et homeliarum:	li.i.	

Et alia multa quæ non vidi.

Clari sub Henrico rege quarto. Anno domini. M.L.

BRuno archieps Ruthenoꝝ ex monacho: ordinis sancti benedicti: natione Italus: vir in diuinis scripturis doct⁹: et declamator homeliarꝝ ad populū egregi⁹: sctūs deniqꝫ et deo dign⁹: quippe qui fidē catholicā in Pruscia prædicās: ab inimicis christi martyrio legif coronat⁹. Scripsit ingenii sui nōnulla præclara opuscula. De quibus extāt: commentariorum
In Genesim: li. ii.
Et quædam alia. Passus est a Pruscis sub sancto Henrico babergeñ. qui fuit secundus huius nois rex et imperator primus. Anno domini. M. VIII. Indictione. vi. Quem multis affectū supplicis et pedibus manibusqꝫ abscisis: postremo capitis truncatione xpi martyrem fecerunt.

ERhard⁹ monachus ordinis sci benedicti: vir i diuinis scripturis studiosus: et cōtinua exercitatiōe doct⁹: īgenio subtilis et prompt⁹ eloquio: ī declamādis homeliis ad populū excellētis industriæ fuit: q diuinas scripturas exponēdo nomen suū notificauit: et crebra earūdē plustratiōe doctor egregi⁹ fact⁹ ē. Scripsit aūt nō ꝯtemnēdæ lectionis opuscula: de quib⁹ feruntur
Cōmentariorū in Genesim: li. i.
In Exodum: li. i.
In Leuiticum: li. i.
In Numeros: li. i.
In Deuteronomium: li. i.
Homeliarum quoqꝫ: li. i.
Alia quoqꝫ nōnulla ędidit: quæ ad noticiā meā non venerunt.

BErnoldus presbyter ecclesiæ Constātiensis in Sueuia: natio theutonicus: vir deuotus: et ī scripturis sanctis studiosus et erudit⁹: atqꝫ ī disciplina sæcularium lraꝝ sufficient' istruct⁹: īgenio clar⁹ et cōpt⁹ eloquio: reliqt studii sui nōnulla opuscula: q̄ tñ ad noticiā nr̄æ lectiōis minime venerūt. Hic ad vtilitatē ecclesiasticæ reipublicæ cōposuisse dicif volumē qđ prænotauit
Ordinem Romanum: li. i.
Claruit temporibus Henrici quarti. Anno domini. M. LX.

MArbodus epūs Redenēsis: in diuinis scripturis multū studiosus: et veterꝝ lectiōe doct⁹: atqꝫ ī disciplinis sæcularium lraꝝ nobilit' erudit⁹: metro excellēs et prosa. Scripsit vtroqꝫ stilo nō pauca volumina quæ legentib⁹ nō minus placere possunt q̄ prodesse. Inter quæ præcellit opus insigne qđ triplici

ſenſu eleganti metro compoſuit
In Cantica canticorum li.i.
Paſſionẽ thebeorũ metrice: li.i.
Et q̃dã alia. Claruit tpibus Henrici tertii. Anno dñi. M.L.

Marianus monachus Fuldenſis: ordinis ſancti benedi=cti: natione Scot⁹: vir in diuinis ſcripturis eruditus: et ſæcularium litterarũ nõ ignarus: hiſtoriograph⁹ & cõpu=tiſta inſignis: patriã ſuã relinquẽs: venit ĩ germaniã ꝓ xp̃i amore peregrin⁹: et primũ Coloniæ ad ſanctũ Martinũ monach⁹ factus et ſolitudinis deſiderio incluſus: duobus annis ibidẽ ſtetit. Poſtea Poſtea vero ad Fuldã tranſlat⁹ duodeci annis ibidẽ incluſus mã=ſit: donec tandẽ ꝓpter eruditionẽ et ſctitatẽ iuſſu ep̃i Moguntini et abbatis Fuldenſis: ad moguntiã trãſmigrans annis. xvii. apud ſanctũ martinũ denuo ſtans incluſus: in magno ab oĩb⁹ honore ha bebatur. Scripſit ab initio mundi vſq; ad ſua tempora
Chronicã inſignẽ: li.iii. Diuino informamur.
De concordãtia euãgeliſtaꝝ: li.i. Fuit in dieb⁹ Herodis
De computo quoq;: li.i.
Et q̃dã alia. Morit̃ ſub Henrico tertio. Anno. M.LXXXVI. Indictione. ix. Aetatis ſuæ anno. LVIII. et mogũtie apud ſan=ctum Martinum in maiori eccleſia nõ ſine ſanctitatis opinione ſepelitur.

Uvenericus⁹ epiſcop⁹ Vercellẽſis ex clerico eccleſiæ Tre=uerenſis: natione theutonicus: vir in diuinis ſcripturis eruditus: et in diſciplina ſæculariũ litterarũ ſufficienter inſtructus: nomen ſuum ſcribendo notificauit poſteris: q̃uis ad no ſtræ lectionis noticiam eius opuſcula nõ peruenerint. In ea diſcor dia quæ fuit inter Hildebrandũ Gregoriũ papã ſeptimũ: et Hen=ricũ imperatorẽ tertiũ ſiue regẽ quartũ: ſcripſit ex perſona Theo=derici virdunenſis epiſcopi cũ adhuc Treueris eſſet clericus: ad eũ dem papam Gregoriũ diuinis ſcripturis inſtructũ volumẽ: nõ eũ increpans: ſed ſeniorem obſecrans vt patrem: et amicabili affectu quaſi dolentis ſuggerens ei omnia quæ contra ius legum et fas æquitatis eum feciſſe vel dixiſſe loquax fama diuulgauerat: quod prænotauit
De diſcordia regni et ſacerdotii: li.i.
De cæteris nihil reperi.
Claruit ſub Henrico rege quarto. Anno domini. M.LXXX.

THeodericꝰ monachus ordinis sancti benedicti: natiõe theutonicus: vir in diuinis scripturis eruditus: et in saecularibus litteris nobiliter doctus: igenio subtilis & clarus eloquio. Fertur non spernẽdę lectionis quaedam opuscula scripsisse: de quibus ad meam noticiã pauca peruenerunt. Legi tñ ad Richardum abbatẽ Fuldensem
De vita sancti benedicti: li. i. Cũ caelestiũ sacramen.
De trãslatione corpis eiusdẽ: li. i. Cũ diu gens Longo.
Epistolarum ad diuersos: li. i.
Alia quoqꝫ tã metro q̃ prosa plura cõposuit: q̃ ad nos nõ venerũt. Claruit sub Henrico rege tertio. Anno domini. M. XL.

ADam abbas de Persema: ordinis diui patris benedicti in diuinis scripturis iugi exercitatione doctꝰ: et veterꝫ lectione diues: atqꝫ in saeculariũ litterarũ scientia sufficienter eruditus: in declamandis homeliis celeberrimae opinionis: nomen suum varios cõponendo tractatus cũ laude transmisit ad posteros. Extant eius deuoti et vtiles
Sermones ad fratres: li. i.
De sanctis et diuersis materiis: li. i.
Fertur etiam quosdam sacrae scripturae explicuisse tractatus: quibus abundantem ingenii sui venam ostenderit: sed ad noticiã meam non venerunt.

ANselmus episcopus Lucensis: vir in diuinis scripturis eruditissimus: et in saecularibꝰ litteris nõ infime doctꝰ: Gregorii papae septimi cooperator indefessus: & cõtra Guibertum ei subordinatum ab Henrico defensor egregius: adeo vt omnia eius facta: dicta vel scripta contra Henricũ imperatorẽ auctoritate iuris et scripturarum defenderet. Reliquit ingenii magni monimenta clarissima: quibus nomẽ suũ ad posteritatis noticiam cum gloria transmisit. E quibus extant
In Hieremiã prophetam: li. i.
In psalterium quoqꝫ: li. i.
Cõtra Guibertũ antipapã: li. i.
Et plꝛes eplae ad diuersos: li. i.
Claruit sub Henrico quarto. Anno domini. M. LXXX.

VVilleramꝰ abbas Merfburgẽsis: ordinis sancti benedicti: natiõe theutonicꝰ: vir ĩ diuinis scripturis eruditꝰ: & saeculariũ lraꝝ nõ ignarus: carmine exercitatꝰ et prosa:

cũ in vniuerſitate Pariſienſi aliquãdiu lr̃is impendiſſet ſtudiũ: ad patriã reuerſus: bambergenſis eccleſiæ ſcholaſticus fact⁹ eſt. Tandẽ conſiderãs mũdi gloriã tranſire cũ tp̃e: cõtempto ſæculo: in Fuldenſi cœnobio pro chriſti amore monachũ iduit: et poſtremo creſcentib⁹ meritis: in monaſterio ſcĩ Petri ꝓpe Merſburg abbas cõſecrat⁹: nomẽ ſuũ ſcribẽdo poſteris notificauit. De cuius opuſculis ego tñ legi volumẽ metro et carmine mixta proſa: pulchra varietate compoſitũ: de nuptiis chriſti et eccleſiæ

In Cantica canticoꝝ: li. iii. Cũ maiorũ ſtudia itur.

De cæteris nihil vidi. Claruit ſub Hẽrico tertio. ãno. M.LXX.

FRanco ſcholaſtic⁹ Leodiẽſis eccl̃iæ: natiõe theutonic⁹ vir in diuinis ſcripturis magnifice doct⁹: et ĩ ſæcularium lr̃aꝝ diſciplina eruditiſſim⁹: philoſophus aſtronomus et cõputiſta inſignis: et nõ min⁹ religiõe q̃ ſciẽtia venerabilis. Fertur ĩ ſacris ſcripturis nõnullos cõpoſuiſſe tractatus: qui ad noticiã meã adhuc non venerũt. Scripſit ad archiep̃m Colonienſem Hermannũ ſecundũ: ſubtile opus et egregium

De quadratura circuli: li. i.

De computo eccleſiaſtico: li. i.

Et alia plura.

Claruit ſub Henrico imperatore tertio. Anno domini. M.LX.

BErnardus monachus Cluniacẽſis: ordinis ſcti benedicti vir in ſcripturis ſctis iugi meditatione exercitat⁹: et ſæcularis litteraturæ nõ ignarus: religione quoq; et morũ honeſtate cõſpicuus. Iubente venerabili abbate Hugone: oẽs conſuetudines Cluniacẽſis monaſterii in vnũ volumẽ luculento ſermone cõgeſſit: titulũ præponẽs operi.

Cõſuetudines Cluniacẽ. li. i.

Scripſit et alia. Claruit ſub Hẽrico ĩpatore tertio. Anno. M.L

BErnardus monachus Corbiẽſis in Saxonia: ordinis ſancti benedicti: natione theutonicus: vir in diuinis ſcripturis nobiliter doctus: et in ſæcularibus litteris peritiſſim⁹ carmine excellens et proſa: ingenio ſubtilis et diſertus eloq̃. Scripſit ad Hartvuinum Magburgẽſem archiepiſcopũ luculento quidem ſermone ſed amaro volumen

Contra Henricum quartũ: li. i.

Et alia quæ non vidi.

Claruit eiuſdem Henrici imperatoris tp̃ibus. Anno. M.LXX.

IVo epūs Carnotēsis ex præposito sancti Quintini bel‑
uacēsis: ordinis canonicorū regulariū diui patris Augu‑
stini: vir in diuinis scripturis exercitatus: et canonū san‑
ctorum patrū ac generaliū conciliorꝝ cautissim⁹ interpres: nec mi‑
nus sanctitate q̄ scientia reuerendus: ordinē suū diu collapsum ma‑
gnifice reformauit. Scripsit post Burckardū vuormaciēsem epm̄
ex canonibus sanctorū cōpendiosum decretuꝫ: quo ante Gratiani
tempora vtebant̄ iuristæ: quod prænotauit

Panormiam: li. x. Excerptiones ecclesi.
Epistolarum ad diuersos: li. i. Iuo ecclesiæ Carnoteñ.
Et quædam alia.

Clarnit sub Henrico quarto. Anno dñi. M. XC.

HIldebertus epūs Cenomānensis: et Thuronēsis postmo‑
dū archiepūs: vir in diuinis scripturis eruditissimus: & i
sæcularibus doctrinis nulli suo tpe secūdus: ingenio acu‑
tus et multū disertus eloquio: Berengarii Thuronēsis quondam
discipulus: sed persecutor erroris: qui multas pro ecclesiastica liber‑
tate persecutiones et tribulationes vsq; ad carceres sustinuit. Scri‑
psit vtroq; stilo: metrico videlicꝫ et prosaico quædā præclara opus‑
cula: de quibus ad lectionis nostræ noticiā adhuc pauca puenerūt.
Scripsit eleganti metro valde pulchrā et vtilē expositionem

Super toto missæ officio: li. i. Scribere proposui q̄.
De suo exilio: li. i. Nuper erā locuples in.
De miseria huius vitæ: li. i.
De sacramento altaris: li. i. Tollimur e medio sa.
Epistolarū ad diuersos: li. i.
Hymnorꝝ et orōnū diuerso met. li. i.

Epitaphiū Berengarii sui quondā p̄ceptoris in versib⁹ quinquagi‑
ta duob⁹ cōprehenhit. Scripsit et alia p̄la nobis adhuc incognita.
Clarnit sub Henrico quarto. Anno domini. M. XC.

ANselmus archiepūs Cāthuariēsis i Anglia ex abbate
monasterii Beccensis in Normannia: ordinis sancti be‑
nedicti: Lanfranci quondā auditor atq; discipulus: vir
in diuinis scripturis eruditissimus: et sæculariū litterarum peritia
nulli suo tempore secundus: vita et cōuersatione integer atq; scissi‑
mus: mente deuotus: ore facundus: operatione strenuus: vultu an‑
gelicus: incessu maturus: progressu exemplaris: studio scripturarꝝ
continuus: et omni virtute ornatus et insignis fuit. Scripsit pene i

finita opuscula: de quorum numero feruntur subiecta

De sancto Iohanne baptista: li.i.
In assumptione sanctæ mariæ: ho.i. Intrauit Iesus &c.qd.
Ad Guilhelmũ Hirfaugieñ. epi.i. Ex quo vr̃a ꝓbitas mi.
Epistolarũ ad diuersos: li.i. Seruus seruoꝝ dei in.
De peccato originali: li.i.
Sermones etiam nonnullos.
Sed et alia cõplura scripsisse dicit: q̃ ad noticiã meã nõ venerunt.
Clariut sub Henrico impatore tertio. Anno dñi. M.LXXX.

Guilhelm⁹ abbas Hirfaugiẽsis cœnobii: in diocesi Spirẽsi: ordinis sancti benedicti: natione theutonic⁹: ad quem beatus Anselmus Cantuariẽsis archiepũs nõnullas conscripsit ep̃las: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: et in sæcularib⁹ litteris nulli suo tpe apud germanos ĩferior: philosophus: astronomus et musicus insignis: vita et cõuersatiõe sctissim⁹: quippe qui multis legitur corruscasse miraculis: regularẽ disciplinã iã dudum collapsam in multis cœnobiis Germaniæ reformauit. Scр̃sit ergo pro cõseruatione monasticæ obseruantiæ ex veterũ statutis
Constitutiones monachorum: li.ii. Cũ ego fr̃ Guilhelm⁹.
De musica et tonis: li.i. Postq̃ donante deo pe.
De horologio: li.i. Quisqs veracissimũ.
De correctione psalterii: li.i. Si qs ĩ hac necessaria.
Ad sctm̃ Anselmũ canthi. epi.iii.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Alia quoqꝫ nõnulla ędidit: quæ negligentia veterũ in oblliuionem venerunt. Moritur sub Henrico imperatore tertio: rege aũt Romanorum quarto. Anno dñi. M.XCI. Indictione quartadecima iiii. nonas Iulii. Sepultus in medio ecclesiæ apostolorum: magna opinione sanctitatis.

Giselbertus præposit⁹ monasterii vuestĩ ĩ Anglia: ordinis sancti benedicti: Anselmi cãtuariensis auditor atqꝫ discipulus: vir in diuinis scripturis eruditus: et sæcularis philosophiæ nõ ignarus: ingenio promptus et cautus eloquio: nomẽ suum scribendo posteris notificauit: dũ quædã necessaria opuscula cõposuit. De quibus ista feruntᷣ: disputatio contra iudæos
Ad beatũ Anselmum ep̃m: li.i.
In Esaiam prophetam: li.i
Et quædam alia.
Clariut sub Henrico quarto cũ Anselmo. Anno domini. M.XC

GVntherus monachus Eluonensis: ordinis sancti benedicti: in diuinis scripturis iugi exercitatione peritus: et ī disciplinis saecularium litterarū nobiliter doctus: theolog⁹ et poeta clarus: īgenio subtilis et comptus eloquio. Scripsit et metro et prosa quaedā praeclara volumina: de quib⁹ ad noticiā meā pauca puenerūt. Extat eius volumen eleganti metro

De passione sancti Ciriaci: li.i.

Et quaedam epistolae.

Claruit temporibus Henrici regis quarti. Anno dn̄i. M.C.

THeodericus abbas monasterii sancti Trudonis Leodiensis diocesis: ordinis diui patris benedicti: natōe theutonic⁹: vir in scripturis sanctis studiosus et erudit⁹: atq; in saecularibus litteris sufficienter instruct⁹: carmine excellēs et p̄sa. Scripsit vtroq; stilo quaedā praeclara opuscula: in quib⁹ suū magnifice exercitauit ingenium. E quibus feruntur subiecta: eleganti metro conscripta

Vita sancti Trudonis: li.i.

Vita sancti bauonis: li.i.

Vita sancti Remoldi: li.i.

Et alia plura. Claruit tp̄ib⁹ Henrici quarti. Anno dn̄i. M.C.

PEtrus alphonsus ex iudaeo cōuersus ad fidē: Moyses antea vocat⁹: quē rex alphonsus de sacro fonte leuans suo agnomine insigniuit: vir in scripturis sanctis erudit⁹: & in saeculari philosophia nobiliter doct⁹: in argumētū suae sincerae fidei. Scripsit sub noīe Moysi iudaei qđ fuerat: et Petri christiani quod esse coepit insignem dialogum

Contra iudaeos: li.i. Vni & aeterno p̄mo.

De scientia et philosophia: li.i.

Et quaedam alia.

Claruit temporib⁹ Henrici quarti. Anno dn̄i. M.C.

HOnori⁹ Augustudunēsis ecclesię presbyter et scholasticus: vir in scripturis studiosissim⁹ et valde erudit⁹: atq; in saecularib⁹ scientiis nobiliter doct⁹: ingenio subtil' et clar⁹ eloquio. Scripsit multa praeclara opuscula. De quib⁹ ipse per se in libro illustriū virorum quē praenotauit: de luminarib⁹ ecclīae recensuit subiecta: Opus valde necessariū de christo: de ecclesia & de futura vita quem praenotauit

Elucidarium: li.iii.

De libero arbitrio: li.i.
Sigillū sanctæ Mariæ: li.i. Dicitis vos mirari cur.
Speculū ecclesiæ siue sermonū: li.i.
Offendiculū de sacerdotibus: li.i.
Summā historiarū: li.i.
Gemmā aīæ de officiis diuinis: li.vi. Agmē ī castris æterni.
De imagine mundi: li.ii. Mundus itaq; dicitur.
In Cantica canticoꝝ: li.i. In principiis librorum.
De luminaribus ecclesiæ: li.i. Gelasi⁹ vrbis Romæ.
De corpore domini: li.i.
In hexameron: li.i.
De deo et vita æterna: li.i.
De anima: li.i.
Scalā cæli de gradib⁹ visionū li.i.
Clauē physicæ de naturis rerū: li.i.
In toto psalterio: li.i.
In euangelia homeliaꝝ: li.i.
De papa et imperatore: li.i.
Dialogū ex opuscul' Augustini: li.i.
Refectionē mensiū de festis: li.i.
Pabulū vitæ de sanctis: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Alia insuper multa ędidit: quoꝝ titulos inuenire necdū potui.
Claruit sub Henrico quinto. Anno domini. M.CXX.

SIgebertus monachus Gemblacensis: ordinis sancti benedicti: natione gallicus: vir in diuinis scripturis a iuuentute sua studiosissimus et multū eruditus: atq; in sæcularibus litteris nulli suo tempore in Leodiēsiū territorio secūdus: carmine exercitatus et prosa. Scripsit vtroq; stilo multa volumina: q̄bus nomē suum transmisit ad posteros. Reprehendit' aūt in eo ꝙ Henrico imꝑatori Romanæ ecclesiæ persecutori et rebelli adhærens: contra gregoriū septimū papā sanctissimū litteras et opuscula scripsit: quæ suū propositū nō decebant: Quid vero scripserit: in fine illustriū virorū aperte declarauit. Cū in cœnobio scī Vincētii Metēsi ad instruēdos pueros esset posit⁹: scripsit heroico metro
Vitā scti Theoderici episcopi: li.i.
Passionē sctē Luciæ metrice: li.i.
De translatione eiusdem: li.i.

Vitã Sigeberti regis: li.i.
Passionẽ thebeorũ metrice: li.i.
Vitam sancti Guiberti: li.i.
Gesta abbatũ Gemblaceñ. li.i.
Vitam sancti Maclouii: li.i.
Vitã sancti Theodardi: li.i.
Contra papã Gregorium: li.i.
Apologiam ad imperatorem: li.i.
Contra epl'am Pascalis papæ: li.i.
In Ecclesiasten heroico metro: li.i.
Historiaꝵ post Eusebium: li.i.
De illustribus viris: li.i. Marcellus Marci vr.
De computo ecclesiastico: li.i.
Sermonum quoqꝫ: li.i.
Epistolarũ ad diuersos: li.i.

Alia etiã post hæc ędidit: q̃ cũ supra scriptis opuscul' nõ signauit. Clanuit temporibus Henrici imꝑatoris tertii regis quarti. Anno dñi. M.CX. Chronicã suã ꝑduxit vsqꝫ ad annũ. M.CXI.

CAlixtus papa secũdus: natiõe burgũdus: frater ducis burgundiæ: prius archiepũs Viennẽsis: sedit in pontificatu post Gelasium annis sex: vir in diuinis scripturis erudit⁹ et sæcularium litterarũ nõ ignar⁹: amator scĩ Iacobi apl'i præcipuus ob cuius honorẽ ecclesiã Cõpostellanã in archiepiscopatũ sublimauit. Scripsit composito sermone et maxima diligentia

De miraculis sancti Iacobi: li.i. Calixtus epũs seruus.
Epistolarum ad diuersos: li.i.

Et q̃dã alia. Claruit sub Henrico quinto. Anno dñi. M.CXX.

STephanus qui et Herrandus Halberstatẽsis ecclesiæ q̃rtusdecimus epũs: ex abbate Ilsenburgẽsis cœnobii: ordinis sancti bñdicti: natiõe theutonicus: vir in diuinis scripturis erudit⁹: et sæcularium litterarũ nõ ignar⁹: ingenio subtilis et disertus eloquio. Scripsit nõ cõtemnẽdæ lectionis opuscula: sed in manus nostras pauca venerũt. Scripsit in ꝑsona Ludouici comitꝭ elegantissimã et vtilẽ epistolã ad vualtramũ episcopũ Nĩeburgẽsis ecclesiæ defendentẽ Henricũ rebellẽ ecclesiæ Romanæ

Defensoriũ papæ: li.i. Sicut bon⁹ hõ de bo.
Et pl'es epl'as ad diuersos: li.i.

Et quædã alia. Moriť sub Henrico quĩto. Anno dñi. M.CVII

Indictiõe qntadecima. Et sepultus est honorifice in Reinsburgh.

Bernardus abbas Clareuallẽsis prim⁹: ordinis Cisterciẽsis: natõe burgũdus: vir nobilis et sctũs: qui multis & in vita et post obitũ miraculis claruit: in diuinis scripturis eruditus: et sæcularium litterarũ nõ ignarus: ingenio subtilis et ornatus eloquio: quippe qui nihil in suis neglexit scriptis: quod ad ornandam orationem posset cõducere. Edidit multa præclara opuscula: de quibus feruntur subiecta

De cõsideratione ad Eugeniũ:	li. v.	Subit aĩm dictare ali.
Meditationũ suarum:	li. i.	Multi multa sciunt: &.
De ꝯtemptu mũdi ad clericos:	li. i.	Ad audiendũ vt credi.
De gradibus humilitatis:	li. i.	Rogasti me fr̃ Gotfri.
De gratia et libero arbitrio:	li. i.	Loquente me nup co.
Ad milites templi:	li. i.	Hugoni militi xp̃i &.
Speculũ vitæ religiosæ:	li. i.	Si quis inter vos emẽ.
De scala claustrali:	li. i.	Cũ die quadã corpora.
Ad carthusienses:	li. i.	Fratrib⁹ de mõte dei.
De conscientia:	li. i.	Consciẽtia in qua per.
De ordine vitæ:	li. i.	Hortaꝛ quidẽ timidã.
De duobus oculis animæ:	li. i.	
De confessione peccatorũ:	li. i.	
De ꝑcepto et dispensatione:	li. i.	Dño abbati Colubeñ.
Ad Henricũ Senonensem:	li. i.	Placuit præstãtiæ ve.
Ad Hugonẽ sctĩ Victoris:	li. i.	Si tibi videor tardius.
Contra Gerardum:	li. i.	Virtus in pace acqui.
Contra hæreticũ ad papã:	li. i.	Periculosa quæq; et.
De miseria huius vitæ:	li. i.	Dies hoĩs sũt sicut vm.
De temptatiõibus et ocio:	li. i.	Seruũ dei gratis deo.
De voluntate:	li. i.	Oĩa genera vitioꝝ.
Ad Cluniacẽses apologia:	li. i.	Vsq; modo si qua me.
De gradibus charitatis:	li. i.	Viro illustri dño Au.
De passione dñi:	li. i.	
Super Magnificat:	li. i.	
De diligendo deo:	li. i.	Venite ascendamus.
In psalmũ qui habitat:	li. i.	Cõsidero labores vr̃os.
In Cãtica canticoꝝ hol. lxxxvi.	li. i.	Vobis fr̃es alia q̃ aliis
Sup missus est angelus:	li. i.	Scribere me aliquid.
Ad sororẽ suã de modo viuendi:	li. i.	Charissima mihi i xp̃o

Vita malachiæ episcopi:	li.i.	
Epistolarū ad diuersos:	li.i.	Satis et plusq̄ satis.
Sermones plures:	li.i.	Hodie frēs celebram⁹.
Et quædam alia.		

Claruit sub Conrado imperatore tertio. Anno dñi. M.CXL.

ANselmus Laudiniensis scholasticus: in scripturis diui=nis valde studiosus et longa exercitatione peritus: atq; in sæcularium litterarū disciplinis nobiliter doctus: inge nio acutus: sermone scholasticus: nō minus vita q̄ scientia insignis nouo expositionis genere vtriusq; testamēti scripturas glosa inter liniali et marginali ex patrū scriptis explanauit. Scp̄sit etiā alia q̄ dam opuscula: quæ ad me nō venerunt. Fertur

In psalterium cōmentariorū:	li.i.	
Et quædam epistolæ.		

Claruit sub Henrico quarto. Anno domini. M.CX.

HVgo presbyter & monachus sancti Victoris Parisien sis: ordinis canonicorū regulariū sācti Augustini: & ab bas vt ferunt ibidē: natione Saxo: vir in diuinis scriptu=ris eruditissimus: et in sæculari philosophia nulli priscorū inferior qui velut alter Augustinus doctor celeberrim⁹ suo tpe est habit⁹ ingenio subtilis et ornatus eloquio: nec minus cōuersatione q̄ eru ditione venerandus. Scripsit multa & pene infinita opuscula: de q bus ad manus nostras pauca huc usq; peruenerunt

Summa sententiarū suarū:	li.i.	
De anima christi:	li.i.	
De sacramentis:	li.xii.	Arduū profecto & la.
Didascalion:	li.vi.	Oīm expetendorū pri.
De arra animæ:	li.i.	Loquar secrete aniæ.
De modo orandi:	li.i.	Quo studio et quo af.
De laude charitatis:	li.i.	Tam mltos iā lauda.
De institutione nouitiorū:	li.i.	Quia frēs largiēte do.
In regulā sancti Augustini:	li.i.	Hæc præcepta quæ.
De mystica arca Noe:	li.v.	Cū sederē aliqñ in con.
In Eccl'iasten homel'.xvi.	li.i.	Quæ de libro Salo.
In Cantica canticorum:	li.i.	In principio laboris.
In Threnos Hieremiæ:	li.i.	Quō sedet &c. q̄tū ad.
In hierarchias Dionysii:	li.xiiii.	Iudæi signa quærunt.
De laude patrum:	li.i.	

De ꝑpetua ꝟginitate scē mariæ	li.i.	
Super magnificat:	li.i.	
Super tota Pulchra es:	li.i.	
De amore sponsi et sponsæ:	li.i.	
De medicina animæ:	li.i.	Hō microcosmos id ē.
De meditatione:	li.i.	Meditatio est frequēs
De incarnatione verbi:	li.i.	Quidā fuerunt qui.
De sapientia christi:	li.i.	Quæritis de anima.
De vanitate mundi:	li.i.	O mūde imunde &c.
De substantia dilectionis:	li.i.	
De septē donis spūssancti:	li.i.	
De disciplina:	li.i.	
In quinq̧ libros moysi:	li.i.	
De mysteriis ecclesiæ:	li.i.	
De spiritu et anima:	li.i.	Quia dictū est mihi.
De oratione dñica:	li.ii.	Septē sunt petitiones.
De confessione:	li.i.	Solus solitudinem &c.
In Ezechielē prophetam:	li.i.	
Epitoma philosophiæ:	li.i.	
In quosdam psalmos:	li.i.	
De nuptiis et concupiscentia:	li.i.	
De natura dei simplici:	li.i.	
De triplici voluntate in christo:	li.i.	Quæris de voluntate.
De potestate et voluntate dei:	li.i.	Quæritis de potesta.
De sacra scriptura:	li.ii.	Lectorē diuinarū scri.
De natura animaliū:	li.i.	Leo fortissim⁹ bestia.
De contemplatione:	li.i.	Spiritalis dñi &c.
Epistolarum ad diuersos:	li.i.	

Sermones etiā cōposuit plures et alios diuersos variosq̧ tractat⁹. Claruit sub Henrico imperatore quinto. Anno dñi. M.CXXX

RVpertus abbas Tuiciēsis cœnobii iuxta Coloniā agrippinā: ordinis sancti benedicti: natione theutonicus: vir in diuinis scripturis spū sancto per visionē illustrātē doctissimus: et sæculariū litterarū nō ignarus: monachus sancti Laurētii Traiectēsis: propter incredibilē eruditionē suā a Frederico coloniēsi archiepiscopo inde assumptus: et in abbatē Tuiciensis monasterii sublimatus: multa præclara opuscula composuit. Ex eo siquidem tempore quo cœnobiū in iuuentute sua ingressus est: tūū

se in scripturis sanctis exercitauerat: vt nec dormiẽs quidẽ a meditandis illis videretur posse quiescere: quin lingua et labia eius q̃si legendo mouerentur. De cuius opusculis ego tñ ad presens reperi subiecta: Ad Cunonẽ abbatẽ Sigebergensem postea episcopũ Ratisponensem

De victoria verbi dei:	li.xiii.	Nup cũ tu hospes op.
In Genesim:	li.ix.	Quicũq; fideli aīæ dũ.
In Cantica canticorum:	li.vii.	Qui ꝯtra hoīem silẽm.
In librum sancti Iob:	li.x.	
In libros regũ de Dauid:	li.xv.	
De sctã Trinitate in vet⁹ testa.	li.xlii.	
In Apocalypsin Iohannis:	li.xii.	Vt tu quoq; venerabi.
De officiis diuinis:	li.xii.	Ea quæ p circulũ anni.
Meditatiões de incẽdio tuiciẽn:	li.iii.	Ecce quõ criminator.
In.xii.prophetas minores:	li.xxx.	
In euangelium Matthæi:	li.viii.	
In euangelium Iohannis:	li.xiiii.	
Super regulã scti benedicti:	li.i.	
Apologeticũ eiusdẽ operis:	li.i.	
Epistolarũ ad diuersos:	li.i.	

Deniq; fert et alia plura scripsisse: & nouũ ac vetus testamẽtũ pro maiori parte in multis libris explanasse: de quib⁹ vsq; in præsens nihil vidim⁹ præter ea quæ signauim⁹. Claruit multa sctitate: doctrina et miraculis coruscans: sub Henrico quinto. Anno dñi. M. CXXIIII. Et sub Lothario tertio moritur.

RVpertus abbas cœnobii Lympurgensis in diocesi Spirensi: ordinis sancti benedicti: natione theutonic⁹: vir tã i diuinis scripturis q̃ in sæcularib⁹ litteris magnifice doctus: vita et cõuersatione insignis: adeo vt reuelatiõib⁹ crebris meruerit visitari diuinis. Hic multis annis in gymnasio Parisiẽsi philosophiæ sæculari operam dedit: et philosophus nobilis euasit. Sʒ considerans præsentis vitæ inanẽ esse philosophiã: studiũ vanitatis deseruit: et ad patriã reuertens in dicto cœnobio monachus: & demũ abbas factus est. Scripsit aũt nõ cõtemnẽdæ lectiõis opuscula: de quibus ego tñ reperi subiecta

In Cantica canticorum:	li.iiii.	Quicũq; suiipsi⁹ rerũ.
De contemptu mundi:	li.ii.	Mũdus ĩdebito noĩe.
De sctõ Iohanne baptista:	li.i.	Refert historic⁹ euan.

Reuelationũ suarũ: li. i. Anno dñicæ icarnatõ.
Scripsit quosdã sermones de sctis quorꝫ corpa vel patrocinia in eo dem Lympurgẽsi monasterio habebanť. Claruit sub Henrico im peratore qnto nõ sine opiniõe sctitatꝭ. Anno dñi. M.CXXIIII.

RVdolfus abbas sancti Trudonis in diocesi Leodiẽsi: ordinis diui patris benedicti: natione theutonicus: vir ĩ diuinis scripturis iugi exercitatiõe perit⁹: et in sæcularib⁹ litteris nõ infime doct⁹: carmine valẽs et prosa: et music⁹ excellẽs. nec minus opere q̃ scientia clarus. Scripsit vtroqꝫ stilo nõ spernẽda opuscula: de quibus feruntur

Contra symoniacos: li. vii.
Chronica quoqꝫ: li. i.
Carmina multa.

Cant⁹ etiã in laude sctõrꝫ pl̃es dulci et regulari melodia cõposuit. Claruit sub Henrico quinto. Anno domini. M.CXXV.

FRãco secũd⁹ abbas cœnobii Haffligemẽsis: ordinis scti benedicti: vir ĩ diuinis scripturis erudit⁹: & sæculari doctrina sufficiẽter instruct⁹: ingenio valẽs et clar⁹ eloqo. Scripsit tã metro q̃ prosa q̃dã ꝯmẽdãda opuscula: quib⁹ nomẽ suũ cũ gl'ia transmisit ad posteros. Cũ adhuc ĩ cœnobio p̃dicto simplex esset monach⁹: iubente Fulgẽtio abbate suo incepit op⁹ insigne: qđ postmodũ abbas fact⁹ pfecit: scientia et eloquẽtia ornatum

De gratia dei: li. i.
De statu futuræ gl'iæ metrice: li. i.
Epistolarum ad diuersos: li. i.
Sermones de beata virgine: li. i.
Et quædam alia.

Electus est in abbatẽ p̃fatæ Haffligemeñ. cœnobii: sub Henrico imperatore quinto. Anno dñi. M.CIX. Indictione. xiii.

GIlbert⁹ ep̃s Pictauiẽsis ex scholastico Parisiẽsi: cognomẽto Porreta: natiõe gallic⁹: vir in diuinis scripturis multũ exercitat⁹: et ĩ secularib⁹ l'ris magnifice doct⁹: ĩgenio subtilis et nouitate terminorꝫ cõfusus eloqo: a btõ bernardo ĩ qbusdã arguiť heresæos: et ĩ cõcilio Remẽsi ab Eugenio celebrato ꝯuict⁹ renũciasse ferť errori. Sũt qui eũ excusent: auctoritates ĩ expositionib⁹ suis ĩductas dicẽtes ab aliquib⁹ min⁹ sane ĩtellectas. Nos aũt cũ Romana eccl'ia sentiẽtes: semel p eã cõclusa: nulli ĩfringere licere ꝯfitemur. Scp̃sit ãt gilbert⁹ m'lta opuscula: de qb⁹ feruť subiecta

In totum psalterium: li.i.
In omnes ep̄las Pauli: li.xiiii.
In euangeliū Iohannis: li.i.
In Boetium de Trinitate: li.i. Libros quæstionū &c.
Sermones plures: li.i.
Et quædam alia.
Claruit sub Conrado imperatore tertio. Anno dñi. M.CXL.

LVcas abbas mōtis sancti Cornelii: ordinis diui patris benedicti: in scripturis sanctis cōtinua exercitatione doctus: et ĩ sæcularibus litteris pro suo statu sufficiēter instructus: in exponendis diuinis voluminibus nobile sortitus ingenium: nomen suū varia scribendo syntagmata: ad posteritatis noticiam transmisit. Sed nihil eorū ad manus nostras memini peruenisse. Fert̄ eius insigne op⁹ ad Milonē Taruanēsis ecclesiæ ep̄m virum æque doctissimum: qđ necdū vidi
In Cantica canticorū: li.i.
Sermones et epistolæ plures.
Et quædam alia.
Claruit tp̄ib⁹ Lotharii vltimi imp̄ator̄. Anno dñi. M.CXXX

VVilbert⁹ ep̄s Carnotensis: in diuinis scripturis studiosus et valde peritus: atq; in disciplinis sæculariū litterarū nulli suo tempore doctorū inferior: ingenio acut⁹ et satis ornatus eloquio: morib⁹ et vita insignis: et beatissime dei genitricis mariæ amator et cultor præcipu⁹. Scripsit insigne opusculum de hac prophetia. Nō auferet̄ ceptrum de Iuda
Contra iudæos: li.i.
De natiuitate sanctæ mariæ: ser.i. Approbatæ cōsuetudi.
Sermones varios: li.i.
Alia quoq; nōnulla scripsisse dicit̄: quæ ad noticiā meā nō venerit.
Credo eū floruisse sub Henrico quarto. Anno dñi. M.C.

ODo ep̄us Cameracēsis: vir in scripturis sc̄tis erudit⁹: et in litteris humanitatis nobiliter doctus: ingenio subtilis et clarus eloquio: in cōponendis et declamādis homeliis ad populū veterū more non mediocriter insignis. Scripsit disputationē quā habuerat cū q̄dā iudæo de mysterio dñicæ icarnatiōis sub dialogo: annotatis prima sui noīs l̄ra et iudæi secū disputantis
Ad vuilbodonē monachum: li.i.
In Canonem missæ: li.i.

De villico iniquitatis: li.i. Homo qdā erat diues.
Homelias et eplas plures.
Et quædā alia nō pauca cōposuit:q̄ ad noticiā meā nō venerunt.

EMondus monachus Canthuariensis in Anglia:ordinis sancti benedicti:Anselmi archiepiscopi quondā auditor atq; discipul⁹: vir i diuinis scripturis diuturna exercitatione doctus:et sæcularium litterarū nō ignarus. Scripsit nō spernende lectionis opuscula:quibus et fideliū ædificationi profuit: et nomē suū posteris notificauit. E quibus extat volumē vnū de discordia quæ fuit inter Guilhelmū Anglorum regē et sanctū Anselmum præfatum Canthuariensem archiepiscopum
De libertate ecclesiastica: li.i.
Vita eiusdem Anselmi: li.i.
Et quædam alia.
Clarnit temporibus Henrici quarti. Anno domini. M.CXX.

GRatianus monachus bononiēsis siue Classensis: ordinis sancti benedicti:patria(vt quidā volunt)Ethruscus: vir i diuinis scripturis eruditissim⁹: et mirabili studio flagrās ingenio promptus et clarus eloquio: vita quoq; et conuersatiōe insignis. Scripsit post Iuonē Carnotensem epm volumē decretorum insigne ex veterum statutis: sanctionibus et scriptis:quo iuris canonici professores vsq; in præsens vtuntur in scholis: ab Eugenio papa tertio approbatū. Cuius titulus est
Cōcordia discordantiū canonū: li.iiii. Humanū gen⁹ duob⁹.
Composuit et alia quædam.
Clarnit sub Henrico quarto. Anno domini. M.CXX.

HVgo monach⁹ Corbiēsis:ordinis sci benedicti:dict⁹ de Folieto:vir i scripturis sctis veterū lectiōe diues & eruditus:ingenio clar⁹ et dulcis eloquio: nec min⁹ cōuersatione q̄ sciētia venerabilis: nomē suū scriptis notificauit posteritati. Scripsit em̄ insigne volumē oībus religiosis et deū timētib⁹ nō tā vtile q̄ iocundū:in quattuor distinctū libellis vt sequit̄ p̄notatis
De claustro materiali: li.i. De ordinatiōe claustri.
De claustro spiritali: li.i.
De claustro animæ: li.i. Animæ claustrū cōtē.
De claustro paradisi: li.i. In cęlesti hierlm clau.
Et quedam alia.
Clarnit temporibus Henrici quarti. Anno dn̄i. M.CXX.

Richardus monachus sancti Victoris Parisiẽsis: ordinis canonicoꝝ regulari sancti Augustini: vir in diuinis scripturis eruditissimꝰ: et in sæculari philosophia nobiliter doctus: ingenio præstans: eloquio scholasticus: moribus et cõuersatione præcipuus. Scripsit multa et pene infinita opuscula: quibꝰ vtilitati credentiũ multũ profuit: et nomẽ suũ immortalitati cõsecrauit. E quibus ista feruntur

De sancta Trinitate:	li.vi.	Iustus meꝰ ex fide vi.
De contemplatione:	li.v.	Surge dñe in requiem.
De.xii.patriarchis:	li.i.	Beniamin adolescẽti.
In Arca mystica:	li.v.	Mysticã illã Moysi.
In Cantica canticoꝝ:	li.i.	In lectulo &c.aĩa quæ.
De exterminatione mali:	li.i.	Quid est tibi mare ꝙ.
De promotione boni:	li.i.	Om̃e caput languidũ.
Contra iudaizantes:	li.i.	Ecce virgo cõcipiet &.
De tabernaculo fœderis:	li.i.	
De.xlii.mansionibus:	li.i.	
De quattuor gradibꝰ charitatis:	li.i.	
De sacerdotio melchisedech:	li.i.	
De.xii.apparitoribus:	li.i.	
De studio sapientiæ:	li.i.	
De profectu monachorum:	li.i.	
De oratione mentali:	li.i.	
De triplici holocausto:	li.i.	
De auctoritate Petri:	li.i.	Quodcũqȝ ligaueris.
De potestate iudiciaria:	li.i.	In regeneratione cũ se.
De differentia peccatorũ:	li.i.	Q̃m̃ quæstiõi tuæ &c.
De instructione nouitiorũ:	li.i.	Afferte dño filios dei.
De spiritu blasphemiæ:	li.i.	Quæ in euangelio.
De officiis ecclesiæ:	li.i.	
De diuersis affectibus:	li.i.	
Epitoma totius Bibliæ:	li.i.	
In Apocalypsin Iohannis:	li.i.	
In Danielem prophetam:	li.i.	
Chronica ab initio mundi:	li.i.	
De gemino pascha:	li.i.	
Diuisionũ vel exceptionũ:	li.xxiiii.	Deus summe bonꝰ &.
De visione Nabuchodonosor:	li.i.	

De sacrificio Abraæ: li.i.
De quattuor ventis: li.i.
De verbis Esaiæ: li.i. In illa die nutriet hõ.
De verbis apl'i: li.i. Quær(quomodo &c.
De actibus apostolorum: li.i. Misit herodes rex ma.
De charitate violenta: li.i.
De nouitate vitæ: li.i. Expurgate vet⁹ fermẽ.
Alia insup multa cõposuit epl'as: sermones et varios tractatus.
Claruit sub Conrado imperatore tertio. Anno dñi. M.CXL.

GVido quintus prior carthusiæ: vir ĩ diuinis scripturis lõgo studio peritus: et sæculariũ litterarũ nõ ignarus: ingenio placidus: et eloquio clarus: nec min⁹ conuersatione q̃ doctrina venerabilis. Fert nõnulla cõposuisse opuscula: quibus nomen suũ immortalitati donatũ est. E quibus extat insigne op⁹ luculento sermone conscriptum
De vita hugonis Granapol. epi: li.i.
De institutionibus carthu. li.i.
Et quædã alia. Epl'as btissimi patris Hieronymi nimio scriptorꝵ vitio deprauatas diligenti studio ad veritatis limã emẽdauit: & ĩ vnũ ꝯportauit. Morit sub Lothario impatore iuniore. Anno dñi M.CXXXVII. Indictione.xv. Sexto Calend. Augusti.

PEtrus Lombardus epũs Parisiensis ex scholastico: vir in diuinis scripturis studiosissimus et nobiliter doctus: ingenio subtilis et clarus eloquio: nomẽ suũ scribẽdo cũ tanta gloria trãsmisit ad posteros: vt vsq; in hodiernum diem suis opusculis theologorum schola vbiq; exercitata: singulari veneratõne magistrũ eũ nominet et habeat. Scripsit eñi sagaci studio ex dictis sanctorꝵ patrũ commendabile opus
Sententiarum: li.iiii. Cupientes aliquid de.
In totum psalterium: li.i. Cũ oẽs ꝓphetias spũs.
In omnes epl'as pauli: li.xiiii. Principia rerũ requirẽ.
Sermones varios: li.i.
Alia quoq; non pauca composuit: quæ ad noticiam meam non venerunt.
Claruit sub Conrado impatore tertio. Anno domini. M.CXL.

ECkardus prim⁹ abbas monasterii sci Laurẽtii qd Vraugia dicitur: in diocesi Herbipolensi in hircinia sylua: ordinis sancti benedicti: natione theutonicus: vir in diuinis

scripturis eruditissim⁹: et in sæcularibus litteris nulli inter germanos suo tpe doctorũ inferior: metro excellẽs & prosa. Scripsit non spernendæ lectionis opuscula: quib⁹ ingenii sui viuacitatẽ declarauit. De quibus ego tm̃ vidi opus insigne: ad imitationẽ Boetii gemino stilo cõpactũ ad instructionẽ et consolationẽ monachorũ et omnium fidelium deum timentium valde vtile et necessarium quod prænotauit

Laternam monachorum: li.v.

Sermones quosdã elegãtes variasq̃ eplas ad diuersos cõposuit. Claruit sub Cõrado tertio impatore. Anno dñi. M.CXXX. In medio ecclesiæ præfati monasterii sepultus.

ENgelbertus abbas cenobii Admontesis: ordinis sancti benedicti: natione theutonicus: vir in diuinis scripturis valde studiosus et eruditus: atq̃ in sæculariũ litteraꝝ disciplinis sufficienter instructus: ingenio et eloquio clar⁹: nec minus cõuersatione q̃ scientia reuerendus: nomẽ suũ varia scribendo et exponendo notificauit: et tam verbo q̃ exẽplo ad ædificationem fratrũ suorum non infima fecit. Scripsit eñ

Sermones elegantes: li.i.

De vitiis et virtutibus: li.i.

Sed et alia nõnulla ędidit: que ad noticiam meã minime venerũt

PEtrus presbyter ecclesiæ Trecensis: cognomento comestor siue manducator: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: atq̃ in sæcularib⁹ litteris egregie doct⁹: carmine exercitat⁹ et prosa: scripsit vtroq̃ stilo quædã p̃clara opuscula: quoꝝ auctoritas ab ecclesia longo iam vsu cõprobatur. Comestor aũt siue manducator icc irco dictus est: q̃ scripturaꝝ auctoritates in suis sermonibus et opusculis crebrius allegando: quasi i ventrem memoriæ mãducarit. Scp̃sit inter cætera ingenii sui volumina: insigne opus ad Guilhelmũ Senonensem archiepm oẽs libros bibliæ historiales: et breuiter et vtiliter exponendo qđ iam ex vsu prænotatur.

Historia scholastica: li.xx. Impatoriæ maiestat(.

In laudibus sctẽ mariæ: li.i.

Sermones de tempore: li.i.

Sermones de sanctis: li.i.

Et alia complura. li.i.

Claruit sub Frederico imperatore primo. Anno dñi. M.CLX.

PEtrus dialecticus Parisiensis: dictus abelardus natione gallus: vir in sæculari philosophia eruditissimus: & in diuinis scripturis nobiliter doctus: gaudẽs nouitate terminorum et altiora se scrutari temptans: oppressus a gloria plures incidit errores: et agente sancto abbate Bernardo in Senonẽsi concilio cum prauis doctrinis suis cõdemnatus. Ab hoc tpe philosophia sæcularis sacrã theologiã sua curiositate inutili fœdare cœpit. Scripsit autẽ Petrus iste nõnulla opuscula: quibus si errores nõ miscuisset: vtilitati posteritatis profuisse poterant. E quibus extat volumẽ dialectica obscuritate subumbratum: multis sententiis variũ: qd̃ prænotare voluit

Theologiam suam: li. i.
Scito teipsum: li. i.
Et quædam alia.
Claruit sub Conrado imperatore tertio. Anno dñi. M.CXL.

ADelfus abbas ordinis sancti benedicti: vir ĩ diuinis scripturis longa exercitatione peritus: et sæculariũ litterarum nõ ignarus: regularis obseruantiæ cultor indefessus: vt se verbo et exemplo ouibus christi sibi cõmissis vtilẽ posset exhibere pastorem. Fertur ad earum vtilitatem nõnulla cudisse opuscula in quibus diues ingenii vena: ornatum commendat eloquiũ. De quibus extant elegantes

Sermones ad fratres: li. i.
Contra Sarracenos: li. i.
Cætera q̃ cõposuisse dicitur: ad noticiam meam non venerunt.

GVilhelmus abbas sancti Theoderici et postea vt dicitur monachus Clareuallensis sub diuo patre bernardo ordinis Cisterciẽsis: vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: vita quoque et sanctitate cõuersatiõis insignis: et ob id eidem singulariter dilectus: ędidit non spernendæ lectionis opuscula. De quibus ad meam noticiam pauca peruenerũt. Incepit scribere: sed morte præuentus non perfecit

Vitã sancti bernardi abbatis: li. i. Scriptus vitã serui tui.
Speculum fidei: li. i.
Aenigma fidei: li. i.
Sententiarum fidei: li. i.
Ad Theophilũ de natura aĩæ: li. i.
De contemplando deo: li. i.

De natura et dignitate amoris: li.i.
De sacramento altaris: li.i.
Meditationes pro nouitiis: li.i.
Contra Petrū abelardū: li.i.
In Cātica canticorū imperfectū: li.i.
In eplam Pauli ad romanos: li.i.
Et quædam alia.

Sunt qui dicāt hunc Gulhelmū cū adhuc abbas esset scti Theoderici vulgatā ad carthusiēses illā scripsisse eplam cui⁹ initiū ē. Frib⁹ de mōte dei orientale lumē: q̄ beato bernardo a multis ascribitur. Claruit sub Conrado imperatore tertio. Anno dn̄i. M.CXL. Et ante Bernardum cum vnum de vita ipsius librum complesset moritur: cui arnoldus abbas Boneuallis quattuor alios adiecit libros.

Conradus monachus Hirsaugiēsis cœnobii in confinib⁹ Sueuorum: ordinis sancti benedicti: natione theutonic⁹ Spirensis diocesis: vir in diuinis scripturis eruditissimus et in sæcularibus litteris valde peritus: philosophus: rhetor: musicus et poeta insignis: sub nomine peregrini multa præclara cōposuit opuscula: in quibus ornata sententiarum dispositio: et venusti sermonis cultura: nulli veterum inferiorem suum declarant auctorem. De his ad meam noticiam subiecta tn̄ puenerunt. Opus dialogorum insigne sub nomine Peregrini presbyteri: et Theodoræ deo sacratæ virginis: quod prænotauit

Speculum virginum:	li.viii.	Collaturo tecū o theo.
In euangelia p annum:	li.i.	Quia in lr̄a veteris te.
De vita spūs et fructu mortis:	li.i.	Cū oīs diuinæ pagine.
Matricularius:	li.i.	Cū manifestū sit mun.
De laudib⁹ scti bn̄dicti metrice:	li.i.	Luce velut solem.
Diascalon:	li.i.	Quia te video diu va.
De musica et tonis:	li.i.	Musica est fm cuiusdā.

De cæteris nihil vidi.

Fuit ali⁹ quidam declamator ordinis prædicatorum: qui fm modernorum consuetudinem sermones ad populū cōposuit sub noīe Peregrini: nostro multum eloquio inferior: et tempore quoq; posterior. Quicquid autē Conradus iste scripsit: Tullianam resonat eloquentiam: quod alter non potuit.

Claruit sub Conrado imperatore tertio. Anno domini. Millesimo. CXL.

ARnoldus abbas Boneuallis ordinis Cisterciensis: beati bernardi abbatis quondã familiaris amicus: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: saeculariũ quoq; litterarum non ignarus: ingenio promptus et clarus eloquio: nec minus conuersatione q̃ doctrina conspicuus: nomen suũ scribendo posteritati notificauit. Defuncto namq; Gulhelmo abbate sancti Theoderici: et opus vitae sancti bernardi impfectũ relinquẽte: ipo etiã sancto iã caelestia regna tenente: scripsit et perfecit

Vitam sancti bernardi: li. iiii. Virorũ illustriũ gesta.
Et quasdam epistolas.

Claruit sub Frederico imperatore primo. Anno dñi. M.CLX

RIchardus monachus Cluniacẽsis: ordinis sancti benedicti: vir in diuinis scripturis eruditissimus: et in saecularibus litteris omniũ fama suo tempore doctissimus: ingenio subtilis et disertus eloquio: qui varia scribendo et componẽdo syntagmata: nomẽ suum cum ingenti gloria ad posteritatis noticiam transmisit. Nihil tamẽ eorũ ad man⁹ nostras huc usq; memini peruenisse. Fertur autem eius insigne et clarũ opus

Historiarũ temporum: li. i.
Epistolarum ad diuersos: li. i.

Claruit tpibus Frederici impatoris primi. Anno dñi. M.CLX.

GAnfredus Antisiodorensis monachus Cisterciensis ordinis: Petri abelardi quondã auditor atq; discipulus: sed ne fieret etiã imitator erroris: ad magisteriũ sancti bernardi Clareuallẽsis se contulit: sub cuius discipulatu doctrina & religione clarus: non contemnendae lectionis opuscula composuit: quibus nomẽ suũ etiam posteris notificauit

Contra Petrũ abelardũ: li. i.
In Apocalypsin Iohannis: li. i.
Epistolarum ad diuersos: li. i.

Claruit tpibus Frederici impatoris primi. Anno dñi. M.CLX

PEtrus clericus ecclesiae Remensis: dictus de Riga: vir i diuinis scripturis studiosus et eruditus: atq; in saecularibus litteris inter omnes doctores sui temporis doctissimus: grammaticus et philosophus isignis: carmine excellens & psa. Scripsit vtroq; stilo nõ pauca volumina: quibus nomẽ suũ posteris notificauit: E quibus ego vidi opus trũ metricũ insigne sup Bibliam quod aurorã praenotauit: vt sequitur

In Genesim:	li.i.	Initiũ mũdi quales.
In Exodum:	li.i.	Hæc duodena patrũ.
In Leuiticum:	li.i.	Vox aũt dñi moysen.
In Numeros:	li.i.	Alloquit moysen de⁹.
In Deuteronomium:	li.i.	Hæc sunt verba dei.
In Iosue:	li.i.	Post moysen Iosue.
In Iudicum:	li.i.	Peccat hebræus ait.
In Ruth:	li.i.	Ad Ruth festinat pe.
In Regum:	li.iii.	Monte manẽs Effra.
In Cantica canticorum:	li.i.	Solus origenes cũ do.
In quartũ Regum:	li.i.	Regnauit Salomon.
In Danielem:	li.i.	Postq̃ subiectos sibi.
In Tobiam:	li.i.	Qui legis historiam.
In Iob:	li.ii.	Librũ Iob moysi qdã.
In librũ Iudith:	li.i.	Eustochio Paulæq;.
In librũ Hester:	li.i.	Vsq; sub æthiopes q̃.
In libros machabæorum:	li.i.	Magnus Alexander.
In euangelicã historiam:	li.i.	Claruit herode ius re.
In Actus apostolorũ:	li.i.	Tyberii nonodecimo.
Recapitulationum:	li.i.	Hæc de lege noua vete.
De Grammatica:	li.i.	

Alia insuper multa ędidit: quæ ad noticiã meã nõ venerunt. In p̃fatis opusculis libros historiales Bibliæ mira breuitate exposuit: obseruata diligenter lege metri: historico allegoricoq; sensu singula declarauit.

IOachim abbas Florensis cœnobii: ordinis sancti benedicti: ex Calabria oriundus: vir in diuinis scripturis studiosus et exercitatus: qui vt propheta suo tempore habitus etiam futura prædicere conatus est. Sed mihi videt (vt salua opinione sua vel suorũ loquar) ex cõiecturis scripturarũ illũ magis locutum q̃ prophetasse. Nam vt de cæteris interim taceã: Fredericum imperatorem tertiũ hostẽ ecclesiæ futurũ somniauit: quẽ oẽs nouimus vsq; ad mortem pacificũ: & Romano pontifici subiectũ et fidelem perseuerasse. Scripsit aũt aperto sermone nõnulla opuscula. In quibus pene omnibus veluti futurorum præscius cõsueuit miscere pronostica

In Hieremiam prophetam:	li.i.
In Danielem prophetam:	li.i.

In euangeliū Iohannis:	li.i.	
In Apocalypsin Iohannis:	li.viii.	
Ad Henricum sextum:	li.i.	Pie petis aliquid ex.
De septem sigillis:	li.i.	Primū temp⁹ synago.
Psalterium decē chordarū:	li.iii.	
Concordiæ:	li.v.	
De.xv.pontificibus:	li.i.	Ascende calue vt'am.
De futuris temporibus:	li.i.	Quia generale mūdi.
Epistolarum ad diuersos:	li.i.	

Alia quoq; multa ędidit:maxime contra iudæos et alios fidei catholicæ aduersarios quæ ad manus nostras nō venerūt. Tractat⁹ aūt quē scripsit cōtra Petrū lombardū episcopū Parisieñ.in concilio generali damnatus est:vt patet ī principio decretaliū.Damnamus. Claruit sub Henrico sexto. Anno domini.M.CC.

Rvpertus monachus cœnobii sancti Remigii in diocesi Remēsi:ordinis diui patris benedicti: natione gallicus: vir in diuinis scripturis iugi studio exercitatus:& sæcularium disciplinarū nō ignarus:ingenio clarus et apertus eloquio Scripsit nōnulla ingenii sui opuscula:quibus nomē suū posteritati innotuit.E quibus ego tm̄ vidi gestorum in terra sancta p christianos tempore Vrbani secundi contra infideles

Historiam insignem:	li.x.	Inter oēs historiogra.

De aliis nihil vidi.

Claruit sub Henrico quinto. Anno domini.M.CXX.

Rosuida nobilis mulier in Saxonia nata:ī Gandeshemēsi cœnobio quod nō longe ab Hildeshem distat sacromonialis:miro ingenio et doctrina claruit: & in vtroq; scribēdi genere admirabilis. Ad virgines eīn sacratas castitatē et cōtinentiam hortando latino sermone conscripsit

Comœdias:	sex

De gestis Ottonum panægyricū versu hexametro.

In laudes btē ꝟginis elegiaco & hexametro ꝟsu:li.i. Vnica spes.

Item passionē sancti Dionysii carmine elegiaco.

Item de sancto Gangolfo et aliis sanctis plura.

Græcæ etiam linguæ noticiam habuit. Coetanea Iohānis anglici fuit:quæ doctrina sua papatum meruit.

Rvdechinus presbyter ecclesiæ in Logenstein: natione theutonicus: vir in scripturis sanctis longa exercitatio-

ne doctus: et in disciplinis sæcularium litterarum sufficienter instructus ob spem æternæ retributionis cũ multis aliis sub Conrado imperatore tertio Hierosolymã profect⁹: cũ sarracenis nauali prœlio sæpe dimicãtibus: magna deuotione & cõstantia pro fide christi clarus effulsit. Reuersus aũt ĩ patriã petente Cunone abbate montis sancti Disibodi tunc ordinis nostri: scripsit satis elegãti sermone in modũ eplæ siue libelli eandẽ peregrinationis

Historiam:	li.i.	Iussioni vestræ pater.
Epistolarum ad diuersos:	li.i.	
Et quædam alia.		

Claruit sub Conrado imperatore tertio. Anno dñi. M.CXL.

RVpertus epũs Linconiẽsis: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: & in sæculariũ litterarũ disciplinis oĩm suo tẽpore doctorꝫ peritissim⁹: philosophus: astronom⁹ & calculator insignis: & theologorũ sui tẽporis facile princeps: ingenio subtilis et clar⁹ eloquio: nomẽ suũ multa et varia scribendo cũ gloria transmisit ad posteros. De cui⁹ opusculis ad man⁹ nostras pauca peruenerunt. Feruntur aũt ista

Summa theologiæ:	li.i.	
Super libris Dionysii:	li.iiii.	
Sũma quæ numerale dicit.	li.i.	Qui bene præsunt ps̃.
De spæra cælesti:	li.i.	Intẽtio nr̃a in hoc trac.
De computo ecclesiastico:	li.i.	Cõput⁹ est scia nume.
Calendarium pulchrum:	li.i.	

Alia insup multa ędidit: quæ ad noticiã meã non venerunt.

IOhãnes Carnotẽsis eps̃: patria Salesberiẽsis: bt̃i thomæ Cãthuariẽsis archiepĩ quodã cleric⁹ atq; discipul⁹: vir ĩ diuinis scripturis erudit⁹: et ĩ sæcularib⁹ lr̃is nobilr̃ doct⁹: ingenio subtil: eloqo disert⁹: et pulchra venustate cõposit⁹: carmine excellẽs et prosa: nec min⁹ religiõe q̃ sciẽtia venerabil. Scp̃sit mlta præclara volumina: quibus nomẽ suũ posteris notificauit: sed pauca eorum ad manus nostras peruenerũt. Legi opus insigne de nugis curialium et philosophorꝫ: quod prænotare voluit

Polycraticon:	li.viii.	Iocũdissim⁹ tũ in mul.
Pœnitentiale:	li.i.	Cũ miserationes dñi.
Vitã scti Thomæ archiepĩ:	li.i.	
Epistolarum ad diuersos:	li.i.	

Claruit sub Frederico imperatore primo. Anno dñi. M.CXL.

PEtrꝰ blesēsis archidyaconꝰ Bathonēsis: Iohānis Carno teñ. supradicti p̄sulis amicꝰ familiaris: ad quē nōnullas dictauit ep̄las: vir ī diuinis scp̄turis studiosus et eruditꝰ atq̄ ī sæcularibꝰ l̄ris egregie doctꝰ: īgenio acutꝰ et vehemēs: q vitia principū et p̄latoꝝ nō palpare sed arguere nouerat: ꝓpter eruditionē et vitę honestatē apud reges: principes: & episcopos ī precio habitꝰ: multa scripsit opuscula. E quibus ista feruntur

De amicitia christiana:	li.i.	Q m̄ diminutæ sunt.
De pœnitentia salutari:	li.i.	Rogasti me vt tibi ali.
De accelerando passagio:	li.i.	Quis dabit capiti me.
De qualitate pœnitentiæ:	li.i.	Nimia tui rigoris au.
De studio sapientiæ:	li.i.	Diuisus es & cor tuū.
Contra deprauatorem:	li.i.	Exhortatiunculā tuā.
Exhortatio ad abbatem:	li.ii.	Electus estis a vestris.
De officio episcopi:	li.i.	Petis instantius re.p̄r.
De periculo prælatorū:	li.i.	Quotiēs recolo v̄ba.
De vita clericorū curialiū:	li.i.	Gr̄as ago gr̄æ vestræ.
Ep̄laꝝ numero.c.lxxxiiii.	li.i.	Rogatus a vobis epi.
De præstigiis fortunæ:	li.ii.	

Scripsit et alia plura.
Claruit sub Frederico imperatore primo. Anno dn̄i. M.CLX.

ALexander papa tertius patria Senensis post Adrianū quartū sedit in cathedra Petri annis vno etviginti: vir doctus et strenuus: qui multas iniurias a Frederico imperatore sustinuit: dum tres antipapas ab illo cōtra se erectos fortiter contriuit: ipsumq̄ imperatorem tandem superans: in signum subiectionis eius collum pede conculcauit dicens. Scriptū est: Sup Aspidem et Basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem & draconem. Scripsit autem elegantes

Epistolas ad diuersos:	li.i.
Et de potestate ecclesiastica:	li.i.

Et quædā alia. Moritur tp̄ibus Frederici imp̄atoris primi. Anno domini. M.CLXXXI. Indictione quartadecima.

ARisolanus ecclesiæ Mediolanēsis archiep̄us: vir in diuinis scripturꝭ eruditissimꝰ: et ī sæcularibꝰ l̄ris nobil̄r doctꝰ græca et latina eloquētia īsignis: ędidit q̄dā magnæ auctoritatis opuscula: quibꝰ nomē suū ad noticiā posteritatis cū gl̄ia trāsmisit: de q̄bꝰ ad manꝰ nostras nullū p̄uenit. Fert̄ eiꝰ de sp̄u scō

Contra græcos: li.i.
De sancta Trinitate: li.i.
Eplæ:sermones:et alii diuersi tractat⁹: qui mihi incogniti sunt.

HVgo eterianus:natiõe tuscus: in scripturis sanctis oĩm suo tpe doctorũ facile doctissimus: et in sæcularibus litteris egregie doctus:philosophus et rhetor facũdissim⁹ græco et latino sermone ad perfectũ instruct⁹:quẽ tota græcia mirabatur scribentẽ:ingenio subtilissimus:et disputator nulli secũd⁹ Scripsit multa præclara volumina tã græce q̃ latine: quib⁹ nomẽ suum cum gloria ad posteros transmisit. E quib⁹ ego repi tm̃ opus quidẽ breue:sed nõ spernendũ de hæresibus quas in latinos græci deuoluunt

Ad Ardoinũ cardinalẽ: li.i. Diligens prudentia.
De immortali deo: li.i.
De cæteris nihil reperi.

Claruit tẽporib⁹ Emanuelis Constãtinopolitani impatoris: apđ quẽ magnæ auctoritatis erat: sub Frederico Romanoꝝ augusto primo:& Alexãdro papa quarto. Anno dñi. M.CLX.

CHristianus Frederici impatoris primi archicancellarius natione theutonic⁹:vir in sæculari litteratura doctissim⁹ eloquẽs et industrius:quẽ suo tpe orantẽ Itali mirati sũt: diuinaꝝ quoq; scripturarũ nõ ignarus:quem Leo tuscus notarius Emanuelis impatoris græcorũ laudib⁹ effert. Scripsit ingenii sui quædã p̄clara opuscula:de quib⁹ extãt Frederici impatoris primi

Gesta et vita: li.i.
Epistolarum diuersarum: li.i.
Orationes et quædam alia.

Claruit sub eodẽ Frederico primo. Anno domini. M.CLXX.

In oēs libros Aristotelis cōmentatus est:ac alia multa cōposuit:q̄ ad noticiam meā nō venerūt. Moritur sub Rodulpho imperatore. Anno dn̄i. M.CCLXXX. Indictione octaua. Aetatis suæ anno octogesimo. Sepultus in medio choro cōuentus sui Colonieñsis Et non surrexit post eum vir similis ei:qui in omnib⁹ litteris:sciētiis:et rebus tam doctus:eruditus:et expertus fuerit. Q̄ aūt de necromantia accusatur:iniuriam patitur:vir deo dilectus.

SImon de Tornaco presbyt:in diuinis scripturis eruditus et in sæculari philosophia subtilis doct⁹:dialectic⁹ acutissimus:et oīm liberaliū artiū peritissim⁹:fact⁹ theologicæ scholæ magr̄: multis ānis in gymnasio Parisiēsi docuit: vbi plīos auditores erudiuit. Sed dum Aristotelē nimiū sequit̄:errasse ī q̄busdā iuenit̄. Scpsit āt q̄dā sui igenii opuscla:de q̄b⁹ ferūt̄ subiecta

Sententiarum suarū:	li.i.
Quæstiones variæ:	li.i.
In symbolum Athanasii:	li.i.

Alia quoq; nōnulla ędidit: quæ ad noticiā meā non venerunt.

Thomas de Aquino: ordinis frm p̄dicatorū alberti magni in ꝯuentu Coloniensi auditor et discipulus: vir in diuinis scripturis eruditissimꝰ: et in sæcularibꝰ litteris nobiliter doctus: ingenio subtilis et clarus eloquio: vita et cōuersatione insignis: inter oēs doctores sui temporis facile obtinuit pricipatum: qui velut alter Augustinus se studio scripturaꝝ totū dedit: die ac nocte in illius amore et exercitio commorando: tot ac tanta scripsit volumina: vt paucos inter modernos vel numero vel vtilitate habeat æquales

Super sententias:	li.iiii.	Ego sapientia effudi.
Summā theologiæ:	li.iiii.	Quia catholicæ veri.
Contra gentiles:	li.iiii.	Veritatē meditabitur.
Contra errores græcorum:	li.i.	Libellū ab excellētia.
Cōtra armenos et sarracenos:	li.i.	Beatus Petrus aplus.
Compendiū theologiæ:	li.iii.	Aeterni p̄ris verbum.
De præceptis charitatis:	li.i.	Tria sūt hoī necessaria
De fide et sacramentis:	li.i.	Postulat a me vestra.
Super oratione dñica:	li.i.	Pater nr̄: Inter alias.
Super Aue Maria:	li.	Aue maria &c. In sa.
Sup symbolo aplorum:	li.	Credo &c. Primū qđ ē.
De centū octo articulis:	li.	Primo considerādū ē.
De.xlii.articulis:	li.	Reuerēdo in christo.
De.xxxvi.articulis:	li.	Lectis vestris lr̄is ī eis.
De sex articulis	li.	Charissimo sibi ī xp̄o.
De drīa diuini v̄bi & hūani	li.i.	Ad intellectū huius.
De natura verbi:	li.i.	Qm̄ circa naturā verbi
De substantiis separatis	li.i.	Quia sacris angeloꝝ.
Cōtra auroistas de intellectu:	li.i.	Sicut oēs hoīes natu.
Aduersū detractores religionis:	li.i.	Christianæ religionis.
De pfectione vitæ spiritalis:	li.i.	Qm̄ quidā pfectionis.
Cōtra īpugnatores ordinis:	li.i.	Ecce inimici tuæ so.
De regimine principum:	li.iiii.	Cogitanti mihi quid.
De forma absolutionis:	li.i.	Perlecto libello a vo.
De regimine iudæorum:	li.i.	Excellentiæ vestræ re.

Expositionē primæ decretalis:	li.i.	Saluator nr̄ discipulos
Expositionē secūde decretalis:	li.i.	Damnam⁹ ergo & re.
In Esaiam prophetam:	li.i.	
In Hieremiam:	li.i.	
In Threnos eiusdem:	li.i.	
In Cantica canticorum:	li.i.	
In tres nocturnos psal.	li.i.	
In Iob ad litteram:	li.i.	Sicut aūt in reb⁹ quæ.
Continuū in euangelia:	li.iiii.	Sanctissimo ac reue.
Lecturam in euangelia:	li.iiii.	
In epistolas Pauli:	li.xiiii.	
In Epistolas canonicas:	li.vii.	
De sacramento altaris:	li.i.	Memoriā fecit mira.
De humanitate christi:	li.i.	Christus Iesus venit.
De dilectione dei et proximi:	li.i.	Magister qđ est man.
De diuinis moribus:	li.i.	Perfecti estote sicut
De beatitudine:	li.i.	Bti qui habitāt ī dn̄o.
De puritate conscientiæ:	li.i.	Qm̄ fundamentū &.
De officio sacerdotis:	li.i.	Quia sacerdotis offici.
De significatione missæ:	li.i.	In virtute sctē crucis.
De vitiis et virtutibus:	li.i.	Quattuor sunt virtutū
De emptione redditū:	li.i.	Recepi lr̄as vel ras in.
De veritate summā:	li.i.	Quid est veritas et.
De potentia dei dispu.	li.i.	Quæstio est de poten.
De exactione iudæorū:	li.i.	Illustri dn̄æ Alheidi.
Quodlibeta.xii.	li.i.	Quæsitum est a deo.
Sup Boetio de trinitate:	li.i.	Ab initio natiuitatis.
Sup eodē de hebdomadibus:	li.i.	Præcurre prior in do.
Super libris Dionysii:	li.iiii.	
De sortibus:	li.i.	Postulauit a me vr̄a.
De iudiciis astrorum:	li.i.	Quia petisti vt tibi.
De æternitate mundi:	li.i.	Supposito fm fidem.
De fato:	li.i.	Quærit de fato an sit.
De principio indiuiduationis:	li.i.	Qm̄ duæ sūt ī homīe.
De ente et essentia:	li.i.	Quia paruus error in.
De principiis naturæ:	li.i.	Qm̄ quoddā pōt esse.
De materia et dimensionibus:	li.i.	Postq̄ de pricipiis ser.
De mixtione elementorū:	li.i.	Dubium apđ multos.

De occultis operibus naturæ:	li.i.	Q̃m in quibusdã natu.
De motu cordis:	li.i.	Quia omne qđ moue.
De instantibus:	li.i.	Q̃m omnẽ durationẽ.
De quattuor oppositis:	li.i.	Q̃m q̃ttuor sunt opi.
De demonstratione:	li.i.	Ad habẽdũ cognitio.
De fallaciis:	li.i.	Quia logica est ratio.
De propositionibus modalibus:	li.i.	Quia ꝓpositio moda.
De natura accidentis:	li.i.	Q̃m oĩs cognitio hu.
De natura generis:	li.i.	Q̃m oĩs natura gene.
De principiis animæ:	li.i.	Vt adiutoriũ homini.
De tempore:	li.i.	Sicut vult philosoph⁹.
De pluralitate formaꝝ:	li.i.	Q̃m sanctũ est hono.
De natura syllogismorũ:	li.i.	Q̃m scire est cãm rei.
De sensu et intellectu:	li.i.	Circa cõsiderationem.
De inuentione medii:	li.i.	Q̃m principiũ syllogi.
De natura luminis:	li.i.	Cõsiderandũ est de na.
De natura loci:	li.i.	Ad sciendũ naturam.
De vniuersalibus:	li.ii.	Circa vniuersalia mul.
De intellectu et intelligibili:	li.i.	Sciendũ ꝙ de ratione.
Dictorũ suorũ concordiã:	li.i.	Pertransibũt multi &.
Sermones multos:	li.i.	
Contra Guil. de sancto amore:	li.i.	

Iubente Vrbano papa quarto: officiũ festi corporis Christi cõposuit. In omnes etiã Aristotelis ac Porphyrii libros cõmentat⁹ est Alia quoqꝫ multa ędidit tã in diuinis scripturis q̃ in sæculari philosophia: quæ ad man⁹ nostras minime venerũt. Morit̃ sub Arnolpho imperatore. Anno dñi. M.CCLXXIIII. Indictione secunda. Et canonizatus est a papa Iohanne. XXII.

THomas de Cantiprato: natõe brabãtin⁹: ordinis fratrũ prædicatoꝝ: Alberti magni quondã vt ferũt discipul⁹ vir deuot⁹ et tã in diuinis scripturis q̃ in sæcularib⁹ lr̃is egregie doct⁹: ingenio prompt⁹: eloquio scholastic⁹. Fert̃ quædã præclara scripsisse volumina: quib⁹ nomẽ suũ ad noticiã posteritatis deduxit. E quib⁹ extat opus de apib⁹ mysticis qđ prænotauit

Bonũ vniuersale:	li.ii.	Reuerendo in christo.
De rerum natura:	li.i.	
Vita sanctæ Christinæ:	li.i.	

Et cætera quæ non vidi.

Claruit sub Rodulpho imperatore. Anno dñi. M.CCLXX. Et sunt qui scribant eũ græci sermonis habuisse peritiã: & libros Aristotelis quorũ iam usus in scholis est transtulisse.

ALphõsus rex Castellæ et legionis: philosoph⁹ et astronomus iter omnes sui tpis excellentissim⁹: ingenio subtilis et clarus eloquio: litterarũ amator et cultor isignis: cũ post longã imperii Romani vacationẽ contra Richardũ fratrẽ regis Angliæ in Romanorũ regem fuisset electus: & esset vir bonus et prudens: mortuo Richardo anno electionis suæ quintodecimo itni tu pacis corã gregorio papa decio volũtarie cessit: & omi iuri suo quod in electione sua habuerat sponte renũciauit. Scripsit valde vtiles et elegantes

In astronomia tabulas: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.

Claruit tempore imperii vacantis. Anno dñi. M.CCLXX.

PEtrus ordinis fratrũ prædicatorũ: natiõe gall⁹: & eiusdẽ religionis in Francia prior puincialis: vir i diuinis scripturis longo studio doctus: & sæcularis philosophiæ nõ ignarus: ingenio acutus et prompt⁹ eloquio: in declamãdis ad populũ sermonibus idoneus fuit. Vnde ad vtilitatẽ legentiũ composuit per anni circulum non spernendos

Sermones de tempore: li.i.
Sermones quoq; de sanctis: li.i.

Sed et alia nõnulla scripsisse dicit: quæ ad noticiã meã nõ venerũt

PEtr⁹ de Tharãtasia ordinis pdicatorũ: et post gregoriũ decimũ papa Innocẽtii quĩti noie canonice cõsecrat⁹: sedit i põtificatu sũmo mensib⁹ trĩ quinq;: vir certe i diuinis scripturis eruditissim⁹: & i philosophia Aristotelica nobilr doctus: q theologiã mltis annis egregie docuit: & magnã suæ eruditionis laudẽ acquisiuit. Scripsit multa pclara opuscula: qb⁹ & tũc psentib⁹ et postea futuris nomẽ suũ notificauit. E quibus extant

Super sententias:	li.iiii.	Nũquid nosti ordinẽ.
In eplas Pauli omnes:	li.xiiii.	Principia rerũ inquirẽ.
In psalmos quoq;:	li.i.	
In Cantica canticorum:	li.i.	

Scripsit et alias in Bibliã lecturas vt dicit pl'es: quas necdũ vidi. Claruit in pontificatu sub Rodulpho imperatore. Anno domini. M.CCLXXV.

IOhãnes Esculanꝰ de Esculo: ordinis fratrũ minorꝶ post sanctũ Bonauẽturã minister generalis: vir in diuinis scripturis eruditus: et declamator sermonũ egregius: missus Constantinopolim a Gregorio papa decimo: græcos ad obedientiam Romanæ ecclesiæ suis exhortationibus reduxit: & secũ ad concilium Lugdunense venire persuasit. Scripsit ad ædificationẽ fidelium non spernendos

Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Eplas plures ad diuersos: li.i.
Et quædam alia.
Claruit imperio vacante. Anno domini. M.CCLXX.

RVpertus de Rusia ordinis fratrũ minorꝶ: vir ĩ diuinis scripturis eruditus: et sæcularis litteraturæ nõ ignarus: quippe qui theologiam multis annis egregie docuit: & multos insignes post se discipulos reliquit. Scripsit nõnulla ꝓclara opuscula: quibus nomẽ suũ ad posteros transmisit. E quibꝰ extat ad Haymonẽ anglicum ordinis sui ministrum generalem virum æque doctissimum declaratio

In regulã sancti Francisci: li.i.
Super sententias quoqꝫ: li.iiii.
Sermones varii: li.i.
Et quædam alia.
Claruit imperio vacante. Anno domini. M.CCLXX.

VDalricus de Argentina: natiõe teutonicus ordinis fratrum prædicatorꝶ: Alberti magni quõdã auditor atqꝫ discipulus: vir ĩ diuinis scripturis eruditus: & sæcularis philosophiæ nõ ignarus: ingenio subtilis: sermone scholasticus: cõposuit non spernendæ lectionis opuscula: quibꝰ et præsentibus & futuris innotuit. E quibus extant

Super sententias: li.iiii.
Summa theologiæ: li.i.
De anima quoqꝫ: li.i.
Et multa alia.
Claruit sub Rodulpho imperatore. Anno dñi. M.CCLXXX.

HAymo natiõe anglicus: ordinis fratrũ minorũ minister generalis: vir in scripturis sanctis longo studio exercitatus: quippe qui cathedrã magistralẽ theologice faculta-

tis consecratus in ea multos erudiuit discipulos: qui iussu Alexandri papæ quarti: Breuiariū Romanū correxit & rubricauit. Fertē inter alia compendiose scripsisse

Super sententias: li. iiii.
Et quosdam sermones: li. i.
Et quædam alia.
Claruit imperio vacante. Anno domini. M.CCLXX.

OTto epūs Frisingensis in Germania Bauariæ: & vt quidam scribunt nepos Frederici imperatoris primi: natōe teutonicus: quē Pius papa secūdus allegans in quadam oratione commendat: vir in diuinis scripturis eruditus: et in sæcularibus litteris nō infime doct⁹: ingenio subtilis et clarus eloquio. Scripsit quædam nō cōtemnēde lectionis opuscula: quibus nomē suum ad noticiam posteritatis cū gloria transmisit. Inter quæ extat opus insigne & omni laude prosequendum

Historiarum: li. i.
Et alia quæ non vidi.
Claruit imperio vacante. Anno domini. M.CCLX.

PEtrus hispan⁹ Portugalensis: epš tusculan⁹ et sacrosctē Romanæ ecclesie cardinalis: ac postremo sūm⁹ pōtifex post Hadrianū quintū: vir ī medicinis valde erudit⁹: & ī sæculari philosophia magnifice doct⁹: sedit ī pōtificatu mēsib⁹ tm̄ viii. Scripsit medicis nō ꝯtemnēda opuscula: de qb⁹ ferūt subiecta

Thesaurus pauperū: li. i.
De problematibus: li. i.
Canones medicinæ: li. i.
Epistolarum ad diuersos: li. i.
Et quædam alia.
Claruit in pontificatu sub noīe Iohannis vicesimiprimi temporibus Rodulphi impatoris. Anno domini. M.CCLXXV.

GVilhelmus ciuis placētinus: medicinæ artis doctor eruditus: & aliarum litterarum humanitatis non ignarus: q publico salario conductus Veronæ: multis annis in ea facultate scholam tenuit: et discipulos egregios plures erudiuit. Scripsit huius scientiæ professoribus non spernenda opuscula: quibus nomen suum tam præsentibus q̄ futuris notū effecit. E quib⁹ extat insigne volumen quod prænotari voluit

De vniuersa medicina: li. iiii.

De chirurgia quoq;: li.i.
De cæteris nihil reperi.
Claruit sub Arnolpho imperatore. Anno dñi. M.CCLXX.

GVilhelmus epũs Parisiẽsis: patria aluernus: vir in diuinis scripturis erudit⁹: et sæcularis philosophiæ nõ ignarus: ingenio subtilis et apertus eloquio: nec minus cõuersatione q̃ scientia venerandus: composuit non pauca eruditionis suæ opera: quibus et doctum se ostẽdens magistrum et deuotum: nominis sui memoriam reddidit immortalem. De quib⁹ subiecta feruntur: Volumen insigne prænotatum

De sancta Trinitate: li.i.
De primo principio: li.i.
De sacramentis: li.i.
Cur deus homo: li.i. Ponã adhuc quattuor.
Summa virtutum: li.i.
Summa vitiorum: li.i.
De fide et legibus: li.i. In ordine diuinaliũ sa.
De animabus humanis: li.i.
De bono et malo: li.i.
De vniuerso li.vi.
De professione nouitiorũ: li.i.
De dono scientiæ: li.i.
De operibus virtutum: li.i.
De.xxx. remediis temptationũ: li.i.
Cõtra pluralitatẽ beneficiorum: li.i.
De claustro animæ: li.i.
De Rhetorica diuina li.i. In sacris ac significati.
De pœnitentia: li.i. Secũda tabula post.
De demonibus: li.i. Postq̃ auxilio dei eo.
In psalterium: li.i.
In Prouerbia Salomonis: li.i.
In Ecclesiasten: li.i.
In Cantica canticorum: li.i.
In euangelium Matthæi: li.i.
Sermones varii: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.

Alia quoq; nonnulla ędidit: quæ ad noticiam meam minime ve-

nerunt.
Claruit sub Frederico imperatore secundo. Anno domini. Millesimo. CCXXX.

IOhannes valeis alias galensis: natione anglicus: ordinis fratrum minorum: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: qui in gymnasio Parisiensi multo tempore theologiam gloriose docuit: tantæ eruditionis et eloquentiæ fuit: vt arbor vitæ sit appellatus. Scripsit multa præclara opuscula: quibus nomē suū ad noticiam posteritatis cum gloria transmisit. Sed pauca eorum ad manus nostras peruenerunt. Reperi namq; volumē insigne qd prædicatoribus verbi dei valde necessarium et vtile iudico: quod plæriq; communeloquium appellant: eo q͂ de omni statu aliquid contineat: sed ipse prænotauit illud

Summā collationum:	li. vii.	Cū doctor siue p̄dica.
Super sententias:	li. iiii.	
De ordinatione vitæ:	li. i.	Q̄m omni negocio tē.
Manipulum florum:	li. i.	Abstinētia bonū est i.
In Apocalypsin Iohannis:	li. i.	
Sermones varios:	li. i.	
De diuersis materiis:	li. xv.	

De cæteris nihil reperi.
Et nota q͂ iste Iohannes librum qui dicitur Manipulus florum: cuius prologus incipit. Ruth paupercula: inchoauit: quem morte præuentus non finiuit: sed frater Thomas de Hybernia eundem postea compleuit. Ipse autem liber sic incipit s͂m ordinem alphabeti. Abstinētia bonum est in cibo cum gratiarum actione p̄cipere &c. Claruit temporibus Rodulphi imperatoris. Anno domini. M. CCLXX.

GVilhelmus duranti episcopus Minacensis: Henrici hostiensis quondam auditor atq; discipulus: quem Speculatorem nuncupant: doctor in iure peritissimus: & ecclesiasticæ obseruationis valde studiosus: ingenio subtilis et clarus eloquio. Scripsit ad Ottobonum cardinalem sancti Hadriani: postea summum pontificem Hadrianum quintum egregium opus in tribus voluminibus partitum quod prænotauit

Speculum iuris:	li. iii.	Reuerendo in christo.
Rationale diuinorum:	li. viii.	Quæcūq; in ecclīasti.

Repertorium iuris: li.i. Protoplasti rubigine.
Et quædam alia.
Claruit sub Rodulpho imperatore. Et cōpleuit op⁹ suū Rationale diuinorū sicut per se testat̄. Anno dñi. M.CCLXXXVI.

IAcobus de Beluisio: vtriusq; iuris clarissimus doctor et cautus interpres: ingenio subtilis: eloquio scholasticus: consilio et scientia profundus: et sæcularis philosophiæ non ignarus. Fertur ī iure quædam præclara scripsisse opuscula: qbus nomen suū ad memoriam posteritatis transmisit. E quib⁹ nullum adhuc videre potui. Fertur autem eius
In autenticis: li.i.
De Vsu feudorum: li.i.
Additiones in nouellis: li.i.
Et disputationes variæ.
Et alia multa.
Claruit sub Rodulpho imperatore. Anno dñi. M.CCLXX.

GVilhelmus Lugdunēsis: ordinis fratrum prædicatorū vt ferunt eiusdem ecclesiæ episcopus: vir in diuinis scripturis multum eruditus: et sæcularium litterarum non ignarus: ingenio dulcis et subtilis eloquio: non curiosus attamen compositus: in declamandis ad populum sermonibus satis egregius fuit: dicitur nonnulla scripsisse opuscula: quib⁹ et tunc præsentes et postea futuros magnifice instruxit. E quibus feruntur
Super sententias. li.iiii.
Summa virtutum: li.v. Cū circa singula vtilia.
Summa vitiorum: li.viii. Dicturi de singulis vi.
Sermones ad populum: li.i.
Alia quoq; multa scripsisse dicit̄: quæ ad noticiā meā nō venerūt.

GVilhelmus guarronis: natiōe anglicus: ordinis fratrum minorum: præceptor Iohannis Scoti eiusdem religiōis vir in diuinis scripturis satis eruditus: et in philosophia Aristotelica longo studio more theologorum modernorum valde peritus. Scripsit ingenii sui quædā nō spernēda opuscula: quib⁹ se posteritati notificauit. E quibus extant
Super sententias: li.iiii. Qm̄ teste btō augusti.
De cæteris nihil vidi.
Claruit temporibus Rodulphi imperatoris. Anno domini. Millesimo. CCLXX.

GErardus monachus cœnobii sancti Quintini in Insula: vir in scripturis sanctis studiosus: & iugi exercitatiõe peritus: atq; in sæcularibus litteris sufficienter instructus: igenio promptus et clarus eloquio. Scripsit quædã nõ contemnendæ lectionis opuscula: quibus nomẽ suum præsentibus et futuris notificauit. E quibus fertur historia translatiõis coronæ & partis de cruce domini: quas reliquias Ludouicus rex Franciæ ab impatore Constantinopolitano consecutus transtulit Parisius. Scripsit etiam beatæ Helizabet lantgrauiæ
Miracula post mortem: li.i.
Responsoria et cant⁹ de eadem: li.i.
Et quædam alia.
Claruit sub Rodulpho impatore. Anno dñi. M.CCLXX. Et vtraq; litteratura varia composuit opuscula

GVilhelmus Lamarẽsis: ordinis fratrũ minorũ: vir in diuinis scripturis longo vsu et exercitio doct⁹: atq; in sæculari philosophia iuxta morem illius temporis satis peritus: ingenio clarus: sermone scholasticus: composuit varia in scripturis opuscula: quibus nomen suum ad noticiam posteritatis trãsmisit. E quibus ista feruntur
Super sententias: li.iiii.
Correctorium operũ Thomæ: li.i.
Additiones in Bonauenturã: li.i.
Et quædam alia.
Claruit sub Rodulpho imperatore. Anno dñi. M.CCLXXX.

RIchardus archiepiscopus Remẽsis in gallia: ordinis fratrum minorum: in scripturis sanctis egregie doctus: in declamandis ad populum sermonibus nulli doctorũ sui temporis inferior: subtilis ingenio: et eloquio clarus. dicitur multa præclara scripsisse volumina: quibus tunc præsentibus se vtilem et futuris reddidit notum: sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Feruntur eius
Sermones de tempore: li.i.
Sermones quoq; de sanctis: li.i.
Claruit sub Rodulpho imperatore. Anno dñi. M.CCLXX.

GVilhelmus de Samuco: ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: natione gallus: vir i diuinis scripturis eruditus: et sæculariũ litterarum non

ignatus: ingenio et eloquio clarus: et nō min⁹ cōuersatiōe q̄ doctrina venerabilis. Edidit magnæ vtilitatis plura opuscula: quib⁹ nominis sui memoriā ad noticiā posteritatis trāsmisit. E quibus feruntur subiecta. Opusculum quoddam spiritalibus personis nō inutile quod prænotauit

Decretales religiosorum:	li.i.
Super sententias:	li.iiii.
In regulam sui ordinis:	li.i.
Chronica ordinis sui:	li.i.

Et alia multa.

Claruit sub Rodulpho imperatore. Anno dn̄i. M.CCLXXX.

Egidius de Roma: ordinis fratrū heremitarū sancti Augustini prior generalis: ac deinde Bituricēsis archieps: beati Thomæ aquinatis quondā auditor: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: et in philosophia aristotelica nulli suo tpe secundus: ingenio subtilis: sermone scholasticus: vita et cōuersatione deuotus. Scripsit multa et pene infinita opuscula: de quib⁹ ad manus nostras pauca puenerunt. Feruntur aūt eius subiecta

In Hexameron:	li.ii.	
In Cantica canticorum:	li.i.	Sonet vox tua in auri.
In epistolas Pauli:	li.xiiii.	
Super sententias:	li.iiii.	Candor est em̄ lucis.
Expositio primæ decretalis:	li.i.	Firmiter credimus &.
De regimine principū:	li.i.	Ex regia & sacratissi.
Quodlibeta multa:	li.i.	Quæstiones ppositæ.
In officium missæ:	li.i.	
De intellectu possibili:	li.i.	
Laudes sapientiæ diuinæ:	li.i.	
De sapientia diuina in beatis:	li.i.	
De subiecto theologiæ:	li.i.	
De bona fortuna:	li.i.	
De corpore christi:	li.i.	Quia inter cætera q̄.
De mensura angelorum:	li.i.	Qꝛ de mēsura angelo.
De cognitione angelorum:	li.i.	Quæstio. Vtrū ange.
De mortuis:	li.i.	
Distinctio articulorū fidei:	li.i.	
De gradibus formarum:	li.i.	Quæsitū est de deo.
De prædestinatione:	li.i.	Nobili militi dn̄o.

Theorica de esse & essentia: li.i. Omne esse vel est &c.
De generatione et corruptione: li.i. Anima vt testat phi.
De peccato originali: li.i. Ego sum puluis &.
De formatiōe humani corpis: li.i. In quo ponuntur &c.
De potestate ecclesiastica: li.iii.
De carcere: li.i.
Compendiū theologiæ: li.vi. Veritatis theologicæ.
De renunciatione papæ: li.i. Nō ei placebit cum.
Aduersus corruptorē Thomæ: li.i. Quare detraxisti smo.
Sermones varii li.ii.
In oēs libros Aristotelis:
Epistolæ notabiles: Et alia non pauca.
Claruit sub Rodulpho impatore. Anno dñi. M.CCLXXX.

GAnfredus de Trano: subdyacon⁹ ecclesiæ Romanæ & sūmi pōtificis vt ferūt capellan⁹: vir ī iure canōico & philosophia sæculari nobil'r doct⁹: ingenio præstās et clarus eloquio: q ĩter doctores huiusce facultatis nō vltim⁹ suo tpe est habitus. Scripsit nō spernēdæ lectionis opuscula: quib⁹ nomē suū posteritati notificauit. E qb⁹ extat sūma notabilis & satis vulgata
Sup titulis decretalium: li.v. Glosarū diuersitas in.
Quæstiones variæ: li.i.
Alia quæ composuisse dicitur: ad noticiam nostram minime venerunt.

GVido de Baypho: archidyacon⁹ Bononiēsis: vir ĩ vtroq3 iure peritissim⁹: ingenio acut⁹ et clar⁹ eloquio: cuius apd hui⁹ scientiæ pfessores vsq3 ĩ hodiernū diē magna perseuerat auctoritas. Scripsit mlta insignia volumīa: quib⁹ memoriā nois sui (vt ita dicā) reddidit ĩmortalē. E quib⁹ pauca ad noticiam meā hucusq3 peruenerūt. Reperi em̄ dūtaxat subiecta. Volumen grande et valde notabile quod Rosariū prænotauit
Super decreto: li.iiii. Reuerendo in christo.
Super decretalibus: li.v.
Claruit sub Adolpho imperatore. Anno dñi. M.CCXC.

THadæus natione Florentinus: medicæ artis peritissimus doctor: qui eam scientiam apud Bononiam certis annis publico salario conductus egregie docuit: & thesaurū pene ĩcredibilē cōgregās: magnā experiētiæ suæ famā acqsiuit. Cū ei ab aliquo pncipe vocaret: nō min⁹ q̄ quīquagita aureos

pro diurna mercede habere volebat. Ab Honorio papa quarto ali quando vocatus: non prius accedere voluit q̃ centum aurei illi in diẽ statuerẽtur: qui a grauissima infirmitate curatus decem milia illi aureos condonauit. Scripsit

In amphorismos hippocratis: li.i.
In prænosticos eiusdem: li.i.
In opus acutorũ eiusdem: li.i.
In Tegni Galieni: li.i.
In Isagogas Iohannitii: li.i.
De conseruanda sanitate: li.i.
Consilia varia: li.i.
Et quædam alia.

Claruit sub Rodulpho imperatore. Anno dñi. M.CCLXXX Et tandẽ octogenarius Bononiæ mortuus est.

IOhannes de Parma ex Bononiæ finibus oriũdus: ordinis fratrum minorũ minister generalis: vir ĩ diuinis scripturis eruditus: vita et cõuersatiõe deuot⁹: et sctẽ paupertatis amator insignis: qui ex gymnasio Parisiensi vbi sentẽtias legerat in generalẽ absens fuit elect⁹: ferẽ multos et varios scripsisse tractatus: quib⁹ nomẽ suũ ad memoriam nostram deuenit. E quibus ego tantum reperi

Super sententias: lii.iiii.
De cõuersatione religiosorum: li.ii.

Claruit imperio vacante. Anno domini. M.CCLX.

IOhãnes christophori: ordinis fratrũ prædicatorꝝ: in scripturis lõgo et continuo studio exercitatus: atq; in sæculari philosophia nobiliter doctus: ingenio facilis: et sermone scholasticus: multa in sanctis scripturis fertur cudisse opuscula: quorũ ẹditio præsentibus tunc vtilẽ: illũ futuris reddidit notũ. Lõgo enĩ tempore diuinas lr̃as publice legẽdo exposuit: & subtili sensu explicauit: de cui⁹ commẽtariis subiecta volumina referuntur: videlicet

In euangelium Matthæi: li.i.
In Marcum: li.i.
In Lucam: li.i.
In Iohannem: li.i.
In omnes epl'as Pauli: li.xiiii.
Et alia multa.

Claruit imperio vacante. Anno domini. M.CCLX.

HAmbaldus natione Romanus: sacræ theologiæ professor: & eximius interpres scripturarũ: ingenio subtilis & vehemens: & ad disputandas soluendasq; earundẽ difficiles quæstiones satis idoneus: fertur ad instructionẽ discipulorũ suorum quædam præclara scripsisse opuscula: quibus nomẽ suum notificauit. Inter quæ extant

Super sententias: li.iiii.
Quodlibetorũ quoq;: li.i.

Claruit sub Rodulpho imperatore. Anno dñi. M.CCLXX.

HEnricus de Gandauo archidyaconus Tornacẽsis: natione teutonic⁹: vir in diuinis scripturis inter oẽs doctores sui temporis eruditissimus: et ĩ philosophia aristotelica valde subtilis: tantæ opinionis & auctoritatis in gymnasio Parisiorum extitit: vt doctor solẽnis per vniuersum christianũ orbẽ vocatus sit. Erat enĩ ingenio subtilis & in disputationib⁹ scholasticis acutissimus: quod præclara illius testanť opuscula. De quib⁹ ego tñ reperi ad præsens subiecta

Summam theologiæ: li.i.
Super sententias: li.iiii.
De virginitate: li.i. Sacris virginib⁹ cõpi.
Quodlibeta: li.ii.
De pœnitentia: li.i.
In metaphysicam: li.xiiii.
In physicorũ libros: li.viii.

Cætera quidẽ multa composuit: sed ad noticiã meã nõ venerunt. Moritur sub Adolpho ĩperatore. Anno dñi. M.CCXCIII. Indictione. vi. in festo apostoloꝝ Petri et Pauli. Sepultus est Tornaci in ecclesia sanctæ dei genitricis Mariæ.

HVgolinus patriarcha Constantinopolitan⁹: ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini: vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus et satis erudit⁹: ingenio subtilis: sermone scholasticus: moribus et vita spectabilis: ferť nõ spernendæ lectionis quædam præclara scripsisse opuscula: quibus nomen suum ad noticiam posteritatis transmisit. E quibus ista feruntur inter alia potiora

Super sententias: li.iiii.
Quodlibetorum: li.i.

De differentia idiomatum: li.i.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Claruit sub Adolpho imperatore. Anno dñi. M.CCXC.

ARlot⁹ ordinis fratrũ minorꝝ minister generalis: natõe Ethruscus: vir in diuinis scripturis egregie doct⁹: & in saeculari philosophia sufficiẽter instruct⁹: dialectic⁹ subtilis et acutissim⁹ disputator: qui magnã doctrinae suae laudẽ varia scribẽdo est cõsecutus: in declamãdis ad populũ sermonib⁹ excellẽtis ingenii fuit. Hic fert̃ cõportasse noui et veteri testamẽti in vnũ
Concordantias: li.i.
Sermones varios: li.i.
Et quaedam alia.
Claruit tpibus Adolphi impatoris. Anno dñi. M.CCXC.

IAcobus epũs Genuensis: ordinis fratrũ praedicatorum: vir in diuinis scripturis exercitat⁹: q ob earundẽ crebras allegationes vorago nuncupat̃: ingenio prompt⁹: & aptus eloquio: in sermonibus ad populũ declamãdis satis idone⁹ fuit. Scripsit ad vtilitatem legentiũ nõ pauca opuscula: quib⁹ nomẽ suum notificauit. E quibus pauca ad noticiã meã puenerunt: quae & subieci. Volumẽ magnae quantitatis de vita et gestis multorꝝ sanctorꝝ: quod praenotauit Legẽdã aureã siue speculũ sanctorum: sed iam vulgo communiter appellatur legenda seu
Historia lombardica: li.i. Vniuersum tp̃s praesẽ.
Mariale de sancta Maria: li.i. Cogitãti mihi dies an.
Chronicam Genuensium: li.i.
De opusculis sancti Augustini: li.i. Sacra scriptura diuini.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i. Vestigia eius secut⁹ ẽ.
Sermones quadragesimales: li.i.
Sermones de sancta Maria: li.i.
Alia insup nõnulla ędidit: quae ad noticiã meam non venerunt.
Claruit tpibus Adolphi imperatoris. Anno dñi. M.CCXC.

LVcas ordinis fratrũ minorũ: natiõe Italus: ex Padua oriundus: vir in scripturis sanctis iugi studio exercitat⁹ diuini verbi praedicator egregius: ingenio clarus: & aptus eloquio: nõ min⁹ opere q̃ sermone viã dei populos docuit ĩ veritate: & multorũ corda ad amorẽ christi spũ sancto coopante ꝑuer

tit. Scripsit non contemnendos quos ad populum habuit
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Alia quoq; nõnulla scripsisse dicit: quæ ad man⁹ nr̃as nõ venerũt.

Conradus de Halberstat: natione teutonicus: ordinis fratrum prædicatorum: vir tam in diuinis scripturis q̃ in sæcularibus litteris nobiliter doctus: philosophus et theolog⁹ nõ futilis: quippe qui in ea facultate publice legens: multos docuerit & doctrinæ suæ laudem ingentem acquisierit. Scripsit quædã in vtraq; scientia non spernenda opuscula: quibus ad memoriam posteritatis nomen suum deductum est. Sed pauca eorum mihi i notuerunt. Reperi eñ tñ

Summam studentium:	li.iii.	Hoc opusculũ in tres.
De Triuio quoq;:	li.i.	In tribus beneplacitũ.
Lecturam in Iob:	li.i.	Vsq; in tempus iusti.
Sermones etiam:	li.i.	

In plures quoq; Bibliæ libros ꝯmẽtarios scripsisse dicit: qui tñ ad manus nostras adhuc minime venerũt. Hic etiã fert cõcordãtias totius bibliæ noui et veteris testamenti primus ordinasse.

Richardus de mediauilla: natione Anglicus: ordinis fratrum minorum: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: & tam in philosophia q̃ in iure canonico egregie doct⁹: ingenio clarus: sermone scholasticus: in quæstionibus & dubiis scripturarũ soluendis subtilis et promptus. Fertur multa preclara scripsisse volumina: quibus nomen suum cũ gloria transmisit ad posteros. E quibus tñ reperi subiecta

Super sententias:	li.iiii.	Abscõdita produxit in.
Super dis. decreti:	li.i.	Patres nr̃i oẽs sub nu.
De ordine iudiciorum:	li.i.	
In quattuor euangelia:	li.iiii.	
In epistolas Pauli:	li.xiiii.	

Dicit aũt ꝙ in plures sacræ paginæ libros elegantes ꝯmentarios et lecturas ediderit: sed ad manus nostras nõ venerũt. Claruit tpibus Adolphi ĩpatoris et Nicolai papæ quarti. Anno. M.CCXC.

Nicolaus de bibera: natione teutonic⁹: vir in sæcularibus litteris nobiliter doctus: et diuinarũ scripturarũ nõ ignarus: philosophus et poeta insignis: q apd Erfordiam suo tempore in precio existens: magnã doctrinæ suæ gl'iam acq̃siuit.

Scripsit tam metro q̃ prosa nõ pauca opuscula: quib⁹ etiã posteris nomẽ suũ notificauit. E quibus ego tm̃ vidi opus cui⁹ titul⁹ est occultus: quod carmine et oratione soluta composuit Erfordiæ

De cauendo malo: li.i. Carminis auditor lec.

Epistolarum ad diuersos: li.i.

Claruit Erfordiæ sub Rodulpho ĩpatore. Anno. M.CCXC.

IOhannes Parisiensis: ordinis fratrũ prædicatorũ theologus: in scripturis sanctis doctissimus: et sæcularium littera rum non ignarus: quippe qui in vtraqꝫ scientia conscensa magistrali cathedra in gymnasio Parisiensi multo tempore publice docuit: & discipulos nõ paucos reliquit. Fert̃ quædam præclara scripsisse opuscula: quib⁹ se et præsentibus tũc vtilẽ: & postmodũ futuris cognitum fecit. E quib⁹ ego tm̃ reperi opus nõ spernendũ

Super sententias: li.iiii.

De cæteris nihil reperi.

Claruit sub Rodulpho imperatore. Anno dñi. M.CCLXXX.

NIcolaus gallic⁹ ordinis fratrũ beatæ Mariæ semp virginis de monte Carmeli: septimus prior generalis: vir doctus et sanctus: qui posteaq̃ ordinẽ suũ viginti ferme annis strenue prout valuit rexerat: christi amore officio cedẽs ad heremi quietem reuersus est: vbi vsqꝫ ad mortẽ in sancta cõuersatiõe perseuerauit. Scripsit inter alia opus lugubre statũ ordinis sui deplorans cũ e terra sancta fratres fuissent expulsi: qđ prænotauit

Igneam sagittam: li.i.

Scripsit et alia.

Claruit tp̃ibus Rodulphi ĩpatoris. Anno dñi. M.CCLXX.

MAtthæus de Aquasponta: ordinis fratrũ minorũ: duodecimus minister generalis: & postea epũs Portuẽsis: et sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalis: vir ĩ diuinis scripturis eruditissim⁹: & in sæculari philosophia iuxta morẽ huius temporis magnifice doctus: composuit ingenii excellentis quædam præclara opuscula: quibus nomẽ suũ lõge lateqꝫ notificauit. E quibus extant ista

Super sententias: li.iiii.

Inuentarium sententiarum li.i.

In epistolam ad Romanos: li.i.

Sermones plures: li.i.

Et quædam alia.

Claruit tpibus Rodulphi impatoris. Anno dñi. M.CCXC.

GVilhelmus peralt: natione gallicus: ordinis fratrũ praedicatorũ: vir ĩ scripturis sanctis studiosus & erudit⁹: atq; in saecularibus litteris maxime in philosophia aristotelica satis egregie doctus: ingenio promptus eloquio scholasticus: in declamandis ad populũ sermonib⁹ excellentis industriae fuit. Edidit in vtraq; facultate plura instructa volumina: quib⁹ nomẽ suum nõ solũ tũc p̃sentib⁹: sed etiã futuris notũ fecit. E quibus extant

Summa virtutũ et vitiorũ: li.ii.
De eruditione religiosorũ: li.i.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Et alia cõplura: quae ad noticiã meã adhuc minime venerũt.

GArsias natione hispanus: vir in vtroq; iure exercitatissimus: ingenio subtilis: cõsilio promptus & cautus: & ĩ soluendis quaestionib⁹ causarũ acutus: apud hui⁹ facultatis professores suo tempore in precio habit⁹: docendo et scribendo nomen suũ dilatauit. Fertur enĩ tã legibus q̃ in canonico iure plã cõscripsisse opuscula: quae ad man⁹ nostras nõ venerũt. Extant eius

Super decretalibus li.v.
Et in legibus plura.

Claruit tpibus Rodulphi impatoris. Anno dñi. M.CCXC.

NIcolaus papa quart⁹: ordinis fratrũ minorũ: Hieronym⁹ ante vocat⁹: natione Picenus: ex Esculana ciuitate oriũdus: sedit post Honoriũ quartũ in cathedra Petri annis quattuor: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: et in saecularib⁹ litteris nõ infime doct⁹: ĩgenio subtilis et clar⁹ eloq̃o: nec min⁹ vita & bonitate q̃ doctrina venerabilis. Scripsit satis egregiũ opus

Super sententias: li.iiii.
Et quosdam sermones.

Fertur etiam in plures Bibliae libros cõmentarios vtiles ędidisse. Moritur Romae imperio post Rodulphi mortẽ vacante. Anno domini. M.CCXCI. Indictio[n]e quarta.

BOnifacius papa octauus: natione Campan⁹: Benedict⁹ ante vocatus: sedit post renũciationẽ Caelestini quinti ĩ cathedra Petri annis octo: mensib⁹ nouem: vir quidem doctus: sed nimis arrogans et ambitiosus: qui pontificatũ quibus modis acquisierit chronographi nõ tacuerũt. Hic cũ esset ĩ iure pe-

ritissimus: videretq; nouas causarum varietates in foro contentioso: quæ per decretales non possent determinari: quotidie emergere: composuit per tres eruditissimos in iure viros nouas cõstitutiones quas appellari voluit

Sextum decretalium: li.i. Sacrosanctæ romanæ.
Epistolas plures ad diuersos: li.i.
Moritur sub Alberto imperatore. Anno dñi. M.CCCIII. Indictione prima. De quo fuerat ante prophetatũ: Intrauit vt vulpis: vixit vt leo: mortuus est vt canis &c.

GVilhelmus mandagoti archidyaconus Nemasensis et postmodũ Ebredunensis archiepiscopus: ac sacrosancte ecclesiæ Romanæ demũ cardinalis: vir in vtroq; iure peritissimus: vnus eorum qui iussu bonifacii papæ octaui Sextũ decretalium codicem ædiderunt: sicut in eiusdem voluminis principio patet. Scripsit in ea facultate non spernenda opuscula: quibus nomen suũ immortalitati consecrauit. E quibus ego tm̃ vidi opus satis insigne quod scripsit cum adhuc in ecclesia Nemasensi archidyaconatus teneret officium: ad Berengarium beterẽsis ecclesiæ succentorem: postea episcopum

De electione prælatorũ: li.i. Quia dũ electiones ĩ.
Expositionẽ eiusdem: li.i. Cũ illius nõ sim aucto.
De cæteris nihil vidi.
Claruit sub Alberto imperatore. Anno domini. M.CCC

BErengarius beterensis ecclesiæ succentor: & postea epũs ac tandem sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalis: ad quẽ præfatus Gulhelmus mandagoti: cum adhuc ambo essent in minoribus constituti: librum de electionib⁹ prælatorum composuit: alter ex his qui bonifacio octauo præcipiente librum Sextum decretalium comportarunt: vir in eadem facultate iuridica doctissimus: cum adhuc esset succẽtor scripsit ad eundẽ Guilhelmum tunc archidyaconum Nemasensem: insigne opus sup summam Hostiẽsis sm ordinẽ alphabeti: quod cum eiusdem sit quasi elucidarium summe prænotauit

Oculum: li.i.
De sentẽtia excõmunicationis: li.i.
Alia etiam plura scripsisse dicitur: quæ ad noticiam meam nõ venerunt.
Claruit sub Alberto imperatore. Anno dñi. M.CCC.

RIchardus de senis Romanæ ecclesiæ vicecancellarius: & postea dyaconus cardinalis tituli sancti Eustachii: doctor vtriusq; iuris: omniũ laude suo tempore celeberrim⁹: tertius eorum qui Sextum decretalium iussu Bonifacii papæ octaui comportarunt: cuius nomen in principio eiusdem voluminis expressum continetur. Fertur nonnulla in iure scripsisse opuscula: sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Lector meus studiosus illa inquirat. Claruit sub Alberto impatore. Anno domini. M.CCC.

DInus mugelan⁹ vtriusq; iuris professor & enucleator insignis: ingenio subtilis: & in disputãdis enodandisq; dubiis & quæstionibus iuris valde promptus & acut⁹: qui docendo et scribendo magnã sibi apud omnes Italiæ doctores gloriam acquisiuit. Edidit in sua facultate m̃lta præclara opuscula: de quibus feruntur subiecta. De mandato dñi bonifacii papæ octaui primus scripsit eleganter post archidyaconum

Super sexto decretalium:	li.i.
Super Codice:	li.ix.
Super.ff.veteri:	li.xxiiii.
Super.ff.nouo:	li.xii.
Super.ff.inforciati:	li.xiiii.
Consilia multa:	li.i.

Alia insuper non pauca præter hæc ędidit: quæ ad noticiam meã non venerunt.

Claruit sub Alberto imperatore. Anno domini. M.CCC.

IOhannes Duns: natione Scotus: ordinis fratrũ minorꝝ Alexandri alensis anglici quondã Parisius auditor: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: & in philosophia aristotelica doctissim⁹: & adeo profundus vt eius scripta paucis sint penetrabilia: & ob id quoq; minus vsitata. Edidit quædam instructa volumina: quibus nomen suum ad noticiam posteritatis transmisit. E quibus extant

Super sententias:	li.iiii.	Cupiẽtes. Circa prolo.
Quodlibeta quoq;:	li.i.	Cuctæ res difficiles.
De cognitione dei:	li.i.	Quia summa nobis.
In metaphysicã quæstiones:	li.i.	
Sermones de tempore	li.i.	Erũt signa &c. In hoc.
Sermones de sanctis:	li.i.	

Commentarios in euangeliū et apostolū scripsisse dicit: aliosq̃ uarios composuisse tractat⁹: qui ad noticiā meā nō venerūt. Morit temporibus Alberti impatoris. Anno dñi. M.CCCVIII. Indictione sexta: Coloniæ apud minores sepult⁹.

SImon monachus Haffligemeñ. ordinis sancti benedicti vir in diuinis scripturis studiosissim⁹ et erudit⁹: ingenio subtilis et clarus eloquio: consiliū diui legislatoris nostri benedicti: quo monachus diuinas scripturas amare iubet: ita conuertit in practicā: vt nihil dulci⁹ in hac vita fuerit q̃ sacras litteras legere: et sanctorū patrū opuscula sedulo studio reuoluere. Abbreuiauit

Moralia Gregorii papæ: li.x.
In Cantica scripsit sermones: li.i.
Visionē cuiusdā conuersi: li.i.
Sermones plures: li.i.
Epistolas etiam ad diuersos: li.i.
Et alia plura.

Collegit etiā excerpta de sermonib⁹ beati Gregorii papæ in Ezechielem. De collationib⁹ quoq̃ sanctorū patrū ex Richardo sancti Victoris de duodecim patriarchis & contemplatione: & ex variis varia non spernenda.

PEtrus de bella parthica: natione burgūdus: vir in iure tā ciuili q̃ canonico peritissimus: ingenio subtilis et acutus atq̃ in disputandis enodādisq̃ dubiis et quæstionib⁹ iuris promptissim⁹. Scripsit in legib⁹ multa præclara volumina: qbus nominis sui memoriā ad posteros transmisit. De quibus ista feruntur

Super Codice: li.ix.
Super Institutis: li.iiii.
Super.ff. veteri: li.xxiiii.
Super.ff. nouo: li.xii.
Super.ff. Inforciati: li.xiiii.
Centum disputationum: li.i.
Consilia plura:
Et quædam alia.

Claruit eodem tpe quo Dinus mugelanus sub Alberto impatore et bonifacio papa octauo. Anno dñi. M.CCC.

REinherus Pisanus: natione Italus: ordinis fratrū prædicatorū: vir in scripturis sanctis studiosus et erudit⁹: atq̃

in iure canonico satis peritus: īgenio promptus: eloquio scholasticus: consilio cautus: et nō minus religione q̄ sciētia venerabilis: vt fratrib⁹ suis in iure min⁹ expertis: in audiēdis cōfessionib⁹ p̄beret iter. Scripsit maximā et insignē summā de casib⁹ ī duob⁹ magnis voluminibus s̄m ordinem alphabeti: quā prænotauit

Pantheologiam: li.ii. Absolutio. Circa abso.

Et quædam alia.

Claruit sub Alberto imperatore. Anno dn̄i. M.CCC.

GErardus ordinis fratrum prædicatorum: natione teutonicus: lector conuentus Leodiensis: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: & in sermonibus faciendis ad populum declamator egregius: ingenio clarus et scholastice comptus eloquio. Scripsit valde vtilem tractatum deuotis et religiosis personis: docens septem dispositiones circa cor faciendas: multaq; ad ædificationem pertinentia hincinde de scripturis diuinis sagaciter colligens: quem prænotauit

De doctrina cordis: li.i. Præparate corda vr̄a.

Sermones de tempore: li.i.

Sermones de sanctis: li.i.

Alia insup quædā ędidit: quæ ad noticiā meā non venerunt.

IAcob⁹ de Arena natione Parmēsis: vtriusq; iuris cōsultus celeberrim⁹: ingenio profūdus: sermone scholasticus cuius sentētiæ in explanādis legib⁹: vt barthol⁹ testatur tam p̄prie et congrue fuerūt: vt de mente cōditoris iuris semp scribere videretur. Edidit in iure ciuili multa præclara opuscula: quib⁹ nomen suum ad memoriā posteritatis perpetuam transmisit

Super Codice: li.ix.

Super.ff.nouo: li.xxiiii.

Super.ff.veteri: li.xii.

Super.ff.inforciati: li.xiiii.

De excusationibus: li.i.

Disputationes varias: li.i.

Sed et alia nōnulla ędidit: quæ ad noticiā meā non venerunt.

Claruit tēporibus Alberti impatoris. Anno domini. M.CCC.

IOhannes de sancto Geminiano ordinis fratrū prædicatorum: vir in diuinis scripturis studiosus et aprime eruditus: ingenio clarus: et apertus eloquio: in declamādis ad populum sermonibus excellētis industrie: magnā doctrinæ &

laudem et fructũ in animarũ salute acquisiuit. Scripsit iter cætera

Alia insup quædã scripsisse dicit̃: quæ ad me non venerunt.

PEtrus de Dacia: philosophus: calculator et astronomus inter omnes sui temporis excellentissimus atq; celeberrimus: ingenio subtilis et clarus eloquio: diuinarum scripturarum & græci sermonis non ignarus. Fertur multa in astronomia & arte calculatoria scripsisse opuscula: quæ ad computum ecclesiasticum non inutilia iudicantur: quibus nomen suũ ad noticiam posteritatis destinauit. Sed pauca eorum ad noticiam meam peruenerunt

Cætera & si multa sint quæ cõposuit: ad me tamẽ nõ venerunt. Claruit temporibus Alberti ĩpatoris. Anno dñi. M.CCC.

NIcolaus de Neapoli: vir in iure ciuili peritus atq; doctissimus: in aliis quoq; litteris sæcularibus nobiliter instructus: cui⁹ auctoritas apđ ꝓfessores huiusce facultatis nõ mediocriter suo tempore vigebat. Scripsit nõnulla in legib⁹ opuscula: quorum ędítione nomen suum ĩmortalitati condonauit. Sed ego subiectorum titulos dũtaxat potui inuenire

De cæteris quæ cõposuisse dicit̃: adhuc nihil certi potui inuenire. Claruit sub Alberto imperatore. Anno dñi. M.CCC.

HVbertinus de Casali: ordinis fratrũ minorũ: Iohannis de Parma generalis ministri quondam auditor: vir deuotus & in scripturis sanctis sufficienter eruditus: cũ videret ordinem suum a prima institutione deficere: nouas quasdã sub specie reformationis separationes incepit: et eas a summo põtifice confirmari obtinuit: quæ tamẽ ad petitiones custodũ & ministrorũ statim per eundẽ papam fuerunt reuocatæ: qm̃ in graue scandalũ et scissurã ordinis videbãtur præsumptæ. Vnde commotus Hubertinus: ordinẽ Carthusiensiũ ingressus est. Scripsit valde

praeclarum et insigne volumen religiosis et deuotis personis vtile quod praenotauit
Arborē vitae crucifixae: li.v. Vniuersis christi vere.
Sermones et epistolas:
Et quaedam alia.
Admonent nos quidam catholici doctores Hubertinum in praefato volumine in certis locis: maxime vbi canticū Simeonis assumit: caute esse legendum: eo ꝙ de quibusdam articulis aliter sentiat mater omniū nostrum ecclesia. Auctor tamē ipse excusandꝰ est quia necdum determinatum fuit &c.
Claruit sub Alberto imperatore. Anno dñi. M.CCC.

IAcobus de Rauenna prouincia Lotharingiae oriundꝰ vir in iure ciuili sacrisq; canonibꝰ doctissimꝰ: et tam in diuinis scripturis q̄ in saecularibus litteris oīm suo tpe facile peritissimꝰ sacrae paginae professor: philosophus et dialecticꝰ insignis: qui (vt Cinus ait) simplici sensu a maioribus tradita ad dialecticum arguendi modum conuertit. Scripsit in vtroq; iure mlta opuscula. E quibus feruntur
Super Codice: li.ix.
Super. ff. veteri: li.xxiiii.
Super. ff. nouo: li.xii.
Super. ff. inforciati: li.xiiii.
Disputationes variae: li.i.
Claruit sub Alberto imperatore. Anno domini. M.CCC.

ALanꝰ de Insulis: natiōe teutonicꝰ: vir ī diuinis scp̄turis eruditissimꝰ: & in saecularibꝰ lr̄is nulli suo tpe secūdus: theologus: philosophꝰ et poeta celeberrimꝰ: q eccl̄iasticae scholae Parisius mlto tpe gloriose p̄fuit: vbi in omni sciētia diuina et humana clarus effulgēs: vniuersalis meruit appellari. Scripsit metro et prosa pene infinita opuscula: quibꝰ memoria noīs sui apd̄ posteritatē immortalis facta est. Sed pauca eoꝝ ad noticiam meā peruenerūt. Reperi em̄ dūtaxat subiecta in titulis
Super sententias: li.iiii.
Quodlibeta quoq;: li.i.
Oculū sacrae scripturae: li.i. Reuerēdissimo p̄ri &.
De doctrina quoq;: li.i. Oīs sciā suis nititur re.
In quinq; libros Moysi: li.v.
In Cantica canticorū: li.i. Cū multi ad ornandū.

De pœnitẽtia ad byturiceñ.pri. li.iiii. Dei gra byturiceñ.pa.
De equiuocis mysticis: li.i.
De sex alis Cherubin: li.i.
De planctu naturæ: li.i.
Summã virtutũ & vitiorũ: li.i.
De parabolis: li.i. A phœbo phœbe lu.
De arte prædicandi: li.i.
Anticlaudianum: li.i.
De naturis animaliũ: li.i.
Sermones plures: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.

Fertur deniq; in multos bibliæ libros cõmentarios et lecturas insignes ędidisse: præcipue in prophetas: in euangelium: & in aplm De quibus nihil vsq; potui inuenire. Miranda quædã de eo narrãtur: quibus ego fidem nec astruo: nec temere infringo.

Claruit sub Alberto imperatore. Anno domini. M.CCC.

GVilhelm⁹ monach⁹ Hafflígemeñ. cœnobii ordinis scti benedicti: natione teutonic⁹: & aliq̃diu in eodẽ monasterio prior: vir in diuinis scripturis studiosus & longa exercitatione doctus: atq; in sæcularib⁹ lr̃is sufficiẽter erudit⁹: carmine valens et prosa: ędidit vtroq; scribendi genere quædã nõ sperñeda opuscula: quibus memoriã nominis sui perpetuauit. Extãt eius

Sermones non inutiles: li.i.
Visiones cuiusdã monialis: li.i.
De vita sanctæ Lutgardis: li.i.

Alia vero quæ cõposuit ad noticiã meã adhuc minime venerunt.

FRanciscus acursius: natione Italus: patria Florentinus Acursii doctissimi viri fili⁹: vir et ipse i iure ciuili egregie doctus: atq; in aliis sæcularis philosophiæ disciplinis multum erudit⁹: cuius opera magnæ auctoritatis extãt apud huiusce facultatis professores: docendo et scribendo tempora sua clara reddidit: et nomen suum immortalitati donauit. De cuius opusculis nihil adhuc videre potui. Ferũtur eius variæ

In legibus glosulæ:
Disputationes quoq;: li.i.
Et alia plura.

Claruit sub Alberto impatore. Anno dñi. M.CCC.

MArtinus de Fano vtriusq; iuris ꝓfessor et iterpres oim

suo tempore celeberrim⁹. Iohānis andree bononiēsis præceptor: ī genio subtilis et clarus eloquio: in perorādis causis iudicialib⁹ acutissimus. Scripsit in sua facultate egregia volumina: quib⁹ nomen suū etiā posteritati notificauit. E quibus tm̄ reperi

De actionibus:	li.i.	Ego quidē Martinus.
De iudicio causarū:	li.i.	Q m̄ plæriq; principa.

De aliis nihil vidi.

Claruit sub Alberto imperatore. Anno domini. M.CCC.

ALbert⁹ Patauin⁹: ordinis fratrū heremitarꝝ sancti Augustini Egidii romani quōdā auditor atq; discipul⁹. vir in diuinis scripturis studiosus et erudit⁹: et sæculariū litterarū nō ignar⁹: in declamādis ad populū sermonib⁹ excellētis ingenii fuit: & multos ab iniquitate ad semitā iusticiæ sua ꝑdicatiōe cōuertit. Scripsit multa præclara volumina: quib⁹ se et ꝑsentib⁹ tūc vtilē: et posteris memorabilē effecit. De quib⁹ ista feruntur

In Genesim:	li.i.
In Exodum:	li.i.
In Leuiticum:	li.i.
In Numeros:	li.i.
In Deuteronomium:	li.i.
In Euangelium:	li.iiii.
In epistolas Pauli:	li.xiiii.
Sermones de tempore:	li.i.
Sermones de sanctis:	li.i.
Sermones per quadragesimā:	li.i.

Et quædam alia.

Claruit tpibus Alberti impatoris. Anno domini. M.CCC.

DInus de Garbo: patria Florētin⁹: artis medicine peritissimus doctor: atq; ī sæcularis philosophiæ institutiōib⁹ nobilr̄ erudit⁹: ingenio subtilis & clar⁹ eloquio. Edidit in sua facultate studētibus nō cōtemnēda opuscula: qb⁹ memoriā sui nois ad noticiam posteritatis transmisit. E quibus ferunt

Commentaria in Galienum:

De malicia variæ cōplexionis:	li.i.
In Hippocra. de natura fœtus:	li.i.
Diuersarium quæstionū	li.i.
In Auicennā quoq;:	li.i.

In philosophia etiam varia:

Et quædam alia.
Huius pater Brunus in arte chirurgiæ peritissim⁹ fuit medicus: q̄ hũc Dinũ thadæo medico Florẽtino tradidit in ea scĩa erudiẽdũ. Claruit sub Alberto imperatore. Anno domini. M.CCC.

GVilhelm⁹ de Cumo: natiõe gall⁹: iuris ciuilis cõsultissim⁹ interpres: īgenio subtilis et clar⁹ eloq̃: q̄ ī ea facultate suo tp̄e paucos habuit doctiores docẽdo et scribẽdo aurelianẽse gymnasiũ magnifice illustrauit. Edidit ꝓfessorib⁹ legum nõ spernẽda opuscula: quib⁹ nomẽ suũ posteris notificauit
Super. ff. veteri: li. xxiiii.
Super Codice quoq;: li. ix.
Et alia diuersa.
Claruit sub Henrico impatore septimo. Anno dñi. M.CCCX.

IAcob⁹ de Viterbio: archieps Neapolitan⁹: ordinis fratrũ heremitaꝝ sctĩ Augustini: vir ī diuinis scripturis erudit⁹: et sæcularis lr̃aturæ nõ ignar⁹: īgenio subtilis: & clarus eloquio: nec min⁹ cõuersatiõe q̄ sciẽtia venerabilis. Scripsit ad ædificationẽ legentiũ nõ cõtemnẽda opuscula: quib⁹ nois sui memoriam ad posteros cũ gloria transmisit. E quibus ego adhuc nullũ videre merui. Fertur aũt eius ad Clementẽ papã quintũ
De regimine christianorũ: li. i.
Super sententias: li. iiii.
Quodlibeta quoq;: li. i.
Et nonnulla alia.
Claruit temporibus Henrici Luczelburgensis impatoris septimi & Clementis papæ quinti. Anno domini. M.CCCX.

HEnricus de bruxellis: monach⁹ Haffligemẽsis cœnobii ordinis diui patris benedicti: vir ī diuinis scripturis studiosus: et continua exercitatiõe peritus: philosophus & computista egregius: ingenio subtilis et clar⁹ eloquio. Scripsit nõnulla commẽdanda opuscula: quibus suo tempore longe lateq; innotuit. E quibus feruntur
De ratione computi: li. i.
Calend. de incensionibus: li. i.
Et quædã alia: quæ ad noticiã meã adhuc minime venerunt.

ALexander de Alexandria: ordinis fratrũ minoꝝ decimus et sextus minister generalis: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: et in philosophia aristotelica nulli suo

tempore secundus: ingenio subtilis: sermone scholasticus: sensu & intellectu profundus. Composuit quaedam in vtraq; scientia opuscula: quibus ingenium suum exercitans nomē ad noticiam posteritatis deduxit. E quibus feruntur

Super sententias:	li. iiii:
Quaestiones variae:	li. i.
In Metaphysicā Aristotelis:	li. xii.
In libros de anima:	li. iii.

In alios etiam Aristotelis libros cōmentatus est: & varia scripsit. Claruit sub Henrico impatore septimo. Anno dñi. M.CCCX.

ECkardus natione teutonicus: ordinis vt quidā volunt p̄dicatorū: vir in diuinis scripturis eruditus et in philosophia aristotelica omniū suo tēpore doctissimus: ingenio subtilis et clarus eloquio: sed dum nimis philosophiā insequēs: nouitatem terminorū contra theologorū cōsuetudinē vbiq; curiose immiscuit varios errores inducit: inter quos extant decem et septem articuli a summo pontifice damnati: et per eundem magistrū Eckardum in fine vitae reuocati: quorum in expositione sua sup euāgelium Iohannis multi continentur. Deniq; magistri theologicae facultatis gymnasii Heidelbergēsis anno dñi. M.CCCCXXX eosdē errores cū quibusdā aliis publice cōdemnatos denūciarunt. Vndecim aūt articuli tanquā suspecti relicti sūt: q oēs seorsū opusculis eius apponi ad cautelam cōsueuerūt. Nihilominus vbi catholice scripsit: satis profunda & vtilia dogmata dedit. De cuius libris reperi.

Super sententias:	li. iiii.	
In Genesim:	li. i.	Exordiū hoc scripturae.
In Exodum:	li. i.	Haec sūt noīa &c. quia.
In librū Sapientiae:	li. i.	Diligite &c. Iudex sp.
In Cantica canticorū:	li. i.	
In euangeliū Iohannis:	li. i.	In principio &c. Aqui.
Super oratione dñica:	li. i.	Pater nr̄. Ante dñicā.
In capitulo praedicatorꝝ sermo:	li. i.	Ego quasi vitis fructi.
Positionū suarum:	li. i.	Benedictus deus & pat.
Sermones de tempore:	li. i.	Deus pacis ac dilectio.
Sermones de sanctis:	li. i.	

Claruit suo tpe in Austria maximae: vbi docendo & praedicando famosissimus est habitus: et alia multa conscripsit volumina.

RIchardus malumbra: patria Cremonēsis: Iacobi de Arena quondam auditor atq; discipulus: vir in iure cæsario non mediocriter doctus: et in philosophia sæculari sufficienter instructus: qui leges multis annis in gymnasio Bononiensi publice docuit: vbi eruditionis suæ laudem non paruam acquisiuit. Qui et si omniū doctorū sui temporis eruditissimus fuerit: nihilominus hæresi condemnatus fuisse legitur. Scripsit in explanatione iuris ciuilis multa volumina

Super Codice:	li.ix.
Super Institutis:	li.iiii.
Super.ff.	li.l.
Quæstiones varias:	li.i.

Et multa alia.

Claruit sub Henrico impatore septimo. Anno dñi. M.CCCX.

LAmpertinus de Ramponibus: vir in vtroq; iure doctissimus: atq; in aliis artibus humanitatis nobiliter eruditus: ingenio et eloquio clarus: multarumq; operatione virtutum insignis. Scripsit in ea facultate multa præclara volumina: quibus nomen suum ad noticiam posteritatis cū ingenti laude transmisit. E quibus feruntur

Super Codice:	li.ix.
Super.ff.veteri:	li.xxiiii.
Super.ff.nouo:	li.xii.
Super.ff.inforciati:	li.xiiii.

Et quædam alia.

Claruit sub Henrico septimo. Anno domini. M.CCCX

GVilhelmus de monte Laudinio: vt ferunt abbas monasterii Pictauiensis: ordinis diui patris benedicti: vir ī diuinis scripturis egregie doctus: et sæcularium litterarū maximæ philosophiæ Aristotelicæ: et iuris pontificii non ignarus: ingenio subtilis sermone scholasticus. Edidit magnæ auctoritatis plura opuscula: quibus memoriā nominis sui posteris notificauit. De quibus feruntur præcipua

De sacramentis:	li.i.
Summa de casibus:	li.i
Declarationes variæ:	

Alia insuper multa in iure maxime opuscula edidit: variasq; glosas canonū ordinauit: de quibus ego nihil vsq̄ potui inuenire.

GVido Ferrariensis ecclesiæ presbyter: & postea vt ferūt episcopus: vir in diuinis scripturis longo studio exercitatus et veterū lectione diues: atq; in sæcularib⁹ litteris nobiliter doctus: philosophus et poeta insignis. Scripsit tam metro q̄ prosa nō contemnēdæ lectionis plura opuscula: quib⁹ nomē suū notificauit. De quib⁹ ego tm̄ volumē carmine scriptum reperi ad Clementē papam quintū super nouū et vetus testamentū: imitatus Petrū de Riga: quod prænotauit

Margaritā bibliæ: li.i. Nobile principiū ter.

De aliis nihil vidi.

Claruit tpibus Henrici de Luczelburg impatoris septimi & Clementis papæ quinti. Anno domini. M.CCCX.

PEtrus de saxonia: natione teutonicus: ordinis fratrū minorum: in scripturis sanctis erudit⁹: et sæcularis philosophiæ nō ignarus: atq; in iure canonico nobiliter doctus ingenio clarus: sermone scholastic⁹: diuini verbi prædicator egregius. Scripsit ingenii sui quædā præclara volumina: quæ suo tpe i precio habebātur. E quib⁹ extat insigne opus cōfessorib⁹ vtile

Summa casuum: li.i.

Sermones de tempore: li.i.

Sermones de sanctis: li.i.

Cætera quæ cōposuisse dicit: ad noticiā meā non venerunt.

CRusianus natione Ital⁹: patria Florentin⁹: Thadæi medici quōdā auditor atq; discipul⁹: vir i philosophia & medicina doctus quidē et eruditus: sed fortunatus minime: & ob id sæculo valedicens: ordinē Carthusiensiū ingressus: artem carnis in medicinā spūs vtiliter cōmutauit. Scripserat antea i sua facultate nonnulla opuscula: quibus nomē suū notificauit. E quib⁹ extat commentum

In Tegni galieni: li.i.

Et quædam alia.

Claruit in ordine Carthusiensiū temporib⁹ Alberti impatoris romani. Anno dñi. M.CCC. Et varios tractat⁹ ad spiritalē ædificationē pertinētes deinceps fert conscripsisse.

PEtrus de Verberia: dict⁹ Aureoli: ordinis fratrū minorū: et archiepūs Aquensis: doctor Parisiensis gymnasii in diuinis scripturis eruditissim⁹: et in philosophia Aristotelica fm consuetudinē hui⁹ tpis valde perit⁹: ingenio subtilis

& disputator acutus: in declamandis ad populũ sermonibus egregius fuit. Scripsit multa præclara opuscula: quibus nomẽ suũ magnifice dilatauit. E quibus extant

Super sententias	li.iiii.	Quia disciplinati hoĩs
Breuiariũ bibliæ:	li.i.	Venite ascendamus.
De cõceptione sctẽ Mariæ:	li.i.	Nondũ erant abyssi &.
Sermones de tempore:	li.i.	
Sermones de sanctis:	li.i.	

Et alia quæ non vidi.

Claruit ante pontificatũ suũ: Parisius legẽs sentẽtias: tpib⁹ Ludouici Bauari imperatoris quarti. Anno domini. M.CCCXVII

Gentilis fulgmas medicinæ professor insignis atq̃ i aliis sæcularis philosophiæ disciplinis magnifice doctus: cuius in ea facultate peritia nõ modica erat. Scripsit ĩ medicinis multa vt ferunt egregia volumina: quibus nomẽ suũ non solum tũc præsentibus: sed etiam posteris cũ laude innotuit. Sed nihil eorum vidi. Feruntur autem

In Auicennã commentarioꝝ:	li.v.
Contra pestilentiam:	li.i.
De febribus quoq̃:	li.i.
De gradibus medicinæ:	li.i.

Et quædam alia.

Claruit sub Henrico ĩpatore septimo. Anno dñi. M. CCCX.

Dantes aliger⁹ natione Italus: patria florentinus: vir tã in diuinis scripturis q̃ in sæcularibus litteris omniũ suo tempore studiosissimus: et valde eruditus: philosophus et poeta nulli sua ætate inferior: ingenio subtilis et clarus eloquio disputator omnium acutissimus. Scripsit et metro & prosa multa præclara volumina quibus nomen suum ad posteros transmisit. Pulsus patria omnibus diebus suis exulauit in Gallia aliq̃diu: & postea apud Aragonũ regem: & de sua calamitate varia composuit. De cuius opusculis ista feruntur

Comœdiarum:	li.i.
De monarchia mundi:	li.i.

Epistolæ plures:

Et quædam alia.

Moritur tandem exul apud Rauennã: sub Ludouico bauaro imperatore quarto. Anno dñi. M. CCCXXI. Indictione quarta.

Aetatis vero suae anno. lvi.

MIchael de Cesena: ordinis fratrũ minorum decimus & septim⁹ minister generalis: vir in diuinis scripturis eru ditissimus: ingenio promptus et clarus eloquio: nec mi nus religione q̃ scientia venerabilis. Edidit in scripturis sanctis ex positionum non spernenda opuscula: quibus et tunc praesentib⁹ & nunc posteris longe lateq; innotuit. De quibus adhuc ego paucissi ma potui inuenire: videlicet

Super sententias: li. iiii.
In Ezechielem prophetam: li. i.
Sermones de tempore: li. i.
Sermones de sanctis: li. i.

In m̃ltos bibliae libros lecturas & ꝯmẽtarios ędidit: q̃s necdũ vidi. Claruit sub ludouico imp̃atore quarto. Anno dñi. M.CCCXX

BErtrandus ordinis fratrũ minoꝝ: patria Mediolanensis ex nobili familia natus: et sacrosctẽ ecclesiae Romanae vt quibusdã placet: presbyter cardinalis: vir certe in diuinis scripturis egregie doctus: et in philosophia saeculari nõ mediocrit̃ eruditus: in sermonibus declamandis ad populũ excellentis inge nii fuit. Scripsit magnae vtilitatis plura opuscula: de quibus reperi

Super sententias: li. iiii.
Sermones de epistolis: li. i.
Sermones euangeliorũ: li. i. Videbũt filiũ &c. ver.
Sermones de sanctis: li. i.

Caetera quae composuit: ad noticiã meã adhuc minime venerunt Claruit temporib⁹ Ludouici bauari imp̃atoris quarti: & Iohãnis papae. xxii. Anno domini. M.CCCXXV

GErardus de bononia: ordinis fratrũ beatae Mariae virgi nis de mõte Carmeli: vndecim⁹ prior generalis: doctor Parisiẽsis: in diuinis scripturis eruditissim⁹: ĩgenio subti lis et clarus eloquio: nõ min⁹ cõuersatiõe q̃ sciẽtia venerãdus: qui ordinem suum strenue gubernauit annis viginti. Scripsit nõ sper nendae lectionis plura volumina: quibus memoriã sui nois etiam ad posteros transmisit. E quibus feruntur subiecta

Super sententias: li. iiii.
Quodlibeta: li. i.
Quaestiones ordinariae: li. i.
Sermones de tempore: li. i.

Sermones de sanctis: li.i.
Et alia plura.
Summã theologiæ præclarã inchoauit: quã tamen morte præuẽtus imperfectã dereliquit. Moritur sub Ludouico bauaro imperatore quarto. Anno domini. M.CCCXVII. Indictione quītadecima. In Auinione sepultus.

IOhãnes de Columna: patria roman⁹: ordinis fratrũ prædicatorũ: archiepũs Messanensis: vir ĩ diuinis scripturis exercitatũ habens ingeniũ: nec sæcularium litterarũ ignarus: historiarꝝ transacti tẽporis sagacissim⁹ perscrutator. Scripsit ingenii nobilis non spernenda opuscula: quib⁹ nomẽ suũ posteris notificauit. E quib⁹ extat volumen quod prænotauit
Mare historiarum: li.x.
Epistolæ ad diuersos variæ: li.i.
Alia quoqꝫ nõnulla ędidit: quæ ad noticiã meã minime venerunt

MArtinus ordinis fratrũ prædicatorũ: dñi pape vrbis romæ pœnitentiarius: & postea (vt ferunt) cuiusdã vrbis eps: vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus: et sæcularium litterarũ nõ ignarus: in declamãdis ad populũ sermonib⁹ excellentis ingenii fuit. Scripsit quædã præclara opuscula: quibus nois sui memoriã ad posteros trãsmisit. E quib⁹ ego tñ vidi

Tabulam decreti:	li.i.	Inter alia quæcũqꝫ fi.
Chronicam succinctam:	li.ii.	Q̃m scire tpa summo.
Sermones de tempore:	li.i.	Sciẽtes quia hora est.
Sermones de sanctis:	li.i.	Ore cõfessio fit ad salu.
De diuersis miraculis:	li.i.	Quidã paterfamilias.

De cæteris nihil vidi.
Claruit sub ludouico ĩpatore quarto. Anno dñi. M.CCCXX
Sunt qui scribant hunc Martinũ ordinis diui patris nostri benedicti extitisse: quos mea sententia nois Mariani Scoti ordinis nostri cuius supra memini similitudo fefellit: q et ipse chronicã scp̃sit Sunt itẽ alii q Cisterciensis ordinis collegio eũ existiment aggregandũ: quos aut ignorãtia rerũ obfuscauit aut liuor.

GErard⁹ Odonis: ordinis fratrũ minorũ, octauusdecimus minister generalis: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: et in philosophia scholastica nobiliter doct⁹: ingenio subtilis: sermone apertus: et ad disputandũ satis idoneus. Fert q̃dã ĩ scripturis sctis lucubrasse opuscula: de qb⁹ mihi pauca ĩnotuerunt

Super sententias:	li.iiii.
De Logica quoq;:	li.i.
Quæstiones varias:	li.i.
In libros Ethicorum:	li.x.
In Philosophia morali:	li.i.

Hic etiam cōposuit officiū stigmatū sancti Frācisci ordinis minorum institutoris. In multos deniq; bibliæ libros cōmentarios ędidisse dicitur: qui ad manus nostras adhuc minime venerūt. Claruit sub Ludouico bauaro imperatore quarto: et Iohanne papa. xxii Anno domini. M.CCCXXX.

Nicolaus de Lyra: natione Anglicꝰ: ordinis fratrū minorū: vir in scripturis sanctis studiosissimꝰ: et longa exercitatione peritus: hebraica lingua ad perfectū instructꝰ: ingenio promptus: sermone scholasticus: nec minus cōuersatione q̄ scientia venerandus. Scripsit in sacris voluminibꝰ multa præclara opuscula: quibꝰ nomē suū ad noticiā posteritatis deuenit. Quæ q̄ vtilia quāq; necessaria sint oībus sacrā scripturā discere cupientibꝰ nemo melius nouit: q̄ qui se in eorū lectione exercitauit. Sunt enī qui eū ob eloquii simplicitatē estimēt cōtemnendū: qui mihi vidētur et vani et imperiti ac sacræ scientiæ salutaris philosophiæ idigni: qm̄ et simplicitatē ecclesiasticā vituperāt: & verba nō res amplectūtur. De opuscul' aūt huiꝰ deuoti & eruditi viri subiecta ferūt

Super sententias:	li.iiii.	
In Genesim ad litterā:	li.i.	In principio &c. Omis.
In Exodum:	li.i.	fm qđ dicit Isidorus.
In Leuiticum:	li.i.	Vocauit aūt Mo. &c.
In Numeros:	li.i.	Locutus est dn̄s &c.
In Deuteronomium:	li.i.	Declaratio sermonū.
In Iosue:	li.i.	Introduces eos & plā.
In Iudicum:	li.i.	Suscitauit dn̄s iudices.
In Ruth:	li.i.	In diebꝰ &c. Hic cōse.
In Regum:	li.iiii.	Per me reges regnant
In Paralipomenon:	li.ii.	Colligite fragmenta.
In Esdram et Neemiā:	li.iii.	Erit sacerdos super sol.
In Tobiam:	li.i.	Hæc oportuit facere.
In Iudith:	li.i.	Arfaxat &c. Post hi.
In Hester:	li.i.	In diebꝰ &c. Postquā.
In Iob:	li.i.	Patientiā habe in me.

In psalterium:	li.i.	Propheta magnꝰ sur.
In Prouerbia Salomonis:	li.i.	Ecce descripsi eã tibi.
In Ecclesiasten:	li.i.	Verba ecclesiastes.
In Cantica canticorũ:	li.i.	Osculet̃ me &c̃. Expe.
In librum Sapientiæ:	li.i.	Post libros historiales
In Ecclesiasticum:	li.i.	Omnis sapiẽtia &c̃.
In Esaiam prophetam:	li.i.	Hierusalẽ euangelistã.
In Hieremiam:	li.i.	Prophetã in gentibꝰ.
In Threnos hieremiæ:	li.i.	Quõ sedet. In præce.
In librũ Baruch:	li.i.	Hæc verba &c̃. Post.
In Ezechielem:	li.i.	Aperti sunt cæli &c.
In Danielem:	li.i.	Danieli aũt dedit deꝰ.
In.xii.prophetas minores:	li.i.	Duodecim ꝓphetarũ.
In Machabeorum:	li.ii.	Et factũ est &c̃. Post.
In euangeliũ Matthæi:	li.i.	Quattuor facies vni.
In Marcum:	li.i.	Facies leonis a dextris
In Lucam:	li.i.	Facies bouis a sinistris
In Iohannẽ:	li.i.	Facies aquilæ desup.
In epistolas Pauli:	li.xiiii.	Ecce descripsi eã tibi.
In Actus apostolorũ:	li.i.	Repleti sunt oẽs spiri.
In Epistolas canonicas:	li.vii.	Iacobus &c̃. Liber iste
In apocalipsin Iohannis:	li.i.	Oportet te iterũ ꝓphe.
Sequentia moraliter exposuit:		
In Genesim iterum:	li.i.	Vidi in dextera sedẽ.
In Exodum:	li.i.	Hæc noĩa &c̃. Per fili.
In Leuiticum:	li.i.	Vocauit &c̃. In hoc li.
In Numeros:	li.i.	Locutus est dominꝰ.
In Deuteronomium:	li.i.	Hæc sunt verba: seqt̃.
In Iosue.	li.i.	Et factũ est &c̃. Alle.
In Iudicum:	li.i.	Post mortẽ &c̃. Alle.
In Ruth:	li.i.	In diebꝰ vniꝰ iudicis.
In Regum:	li.iiii.	Fuit vir vnus. Allego.
In Paralipomenon:	li.ii.	Adã Seth &c̃. In hoc.
In Esdram et Neemiã:	li.ii.	In anno &c̃. Cyrus iste
In librum Hester:	li.i.	In diebus &c̃. Illũ ordi.
In librum Iob:	li.i.	Vir erat &c̃. Philoso.
In Psalterium:	li.i.	Beatus vir &c̃. Sicut.
In Esaiam prophetam:	li.i.	Visio Esaiæ. In hoc.

In Hieremiam:	li.i.	Verba hiere.&c̄.Per.
In Threnos eiusdem:	li.i.	Quō sedet. Hic icipit.
In Ezechielem:		Et factū &c̄. In illa pri.
In Danielem:		Anno tertio &c̄. Seqr̄.
In.xii.prophetas:		Verbū quod &c̄. Seq.
In Euangelium Matthæi:		Liber generationis ie.
In Marcum:		Initiū euāgelii &c̄.
In Lucam:		Fuit in diebus &c̄. Int̄
In Iohannem:		In principio &c̄. Iohā.
In Actus apostolorū:		Primū &c̄. Per hoc.
In Apocalypsin:		Apocal.&c̄.Sicut di.
In Tobiam quoq;:	li.i.	Tobias ex tribu &c̄.
In librum iudith:	li.i.	Arfaxat &c̄. Per istū.
In Machabeorum:	li.ii.	Et factum est &c̄.Per.
In Cantica canticorum:	li.i.	
De corpore christi:	li.i.	
Sermones de sanctis:	li.i.	
Sermones de tempore:	li.i.	
Contra iudeos:	li.i.	Primo quærit̄ utrum.

Alia insup nōnulla ędidit:quæ ad man⁹ nostras nondū venerunt. Claruit temporibus Ludouici impatoris quarti: & iohānis papæ vicesimisecundi. Anno domini.M.CCC.XX.

GVido perpinian⁹:patria Cathalanus:ordinis fratrū beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli:duodecimus prior generalis: ac deinde Maioricensis Eluensisq; ecclesiarum episcopus:vir in diuinis scripturis eruditissim⁹:& sæcularium litterarum non ignarus: ingenio præstans et dulcis eloquio:disputator acutus:et non minus conuersatione q̄ scientia insignis. Scripsit multa præclara opuscula:quibus nomē suum posteritati commendauit. E quibus subiecta feruntur: Opus tripartitū elimatum et insigne

De perfectione vitæ catholicæ:		
Ad iohannē papam.xxii.	li.i.	
Super sententias:	li.iiii.	
Quodlibeta sex:	li.i.	In prima nostra dispu.
Quæstiones ordinariæ:	li.i.	Vtrū verbū in diuinis.
De concordātia euāgelistaꝝ:	li.i.	
Correctorium decreti:	li.iii.	

Ad cardinalẽ Albaneñ.] li.i.
In libros Physicorũ: li.viii.
Quæstiones de anima: li.i.
Alia quoqꝫ plura cõposuit: quæ ad noticiam meã non venerũt. Claruit temporib⁹ Ludouici impatoris quarti: et Iohannis pape vicesimisecũdi. Anno domini. M.CCC.atqꝫ.XXX.

AVgustin⁹ de Anchona: ordinis fratrũ heremitarũ sancti Augustini: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: et sæcularis philosophiæ nõ ignar⁹: ingenio ꝓmptus: et sermone scholasticus. Scripsit multa nõ spernendæ lectionis volumina: quib⁹ memoriã sui noĩs cõmẽdauit posteritati. De quib⁹ subiecta feruntᷣ: Ad Iohannẽ papã.xxii. Opus nõ paruum

De potestate ecclesiastica: li.i. Sanctissimo ac reuerẽ.
Super sententias: li.iiii.
Quodlibeta quoqꝫ: li.i.
De spũ sancto contra Græcos: li.i.
De decem chordis: li.i.
De introitu terræ promissionis: li.i.
De potentiis animæ: li.i.
De resurrectione: li.i.
In Matthæum: li.i.
In Marcum: li.i.
In Lucam quoqꝫ: li.i.
In Iohannem: li.i.
Super Missus est: li.i.
Super Magnificat: li.i.
In epistolas Pauli: li.xiiii.
In Epistolas canonicas: li.vii.
In Actus apostolorum: li.i.
In Apocalypsin: li.i.
Et alia complura:

Hic volumen insigne ex scriptis diui patris Augustini incepit: qd milleloquiũ prænotauit: sed morte præuẽtus impfectũ reliquit: qd postea Bartholomæus vrbinatus eiusdẽ ordinis perfecit. Claruit sub Ludouico Bauaro imperatore quarto: & Iohanne papa.xxii. Anno domini. M.CCCXXX.

PEtrus de Apono: natione Italus: patria Patauinus: vir in sæcularibus litteris studiosus et erudit⁹: philosophus

insignis:& medic⁹ celeberrimæ opinionis:īgenio subtilis:& multarū linguarū noticia clarus: multa fert tā in philosophia q̄ in medicinis opuscula lucubrasse:qb⁹ memoriā sui noīs ad posteros trāsmisit. Sunt aūt qui scribant eū magū fuisse: & multa per eā superstitiosam artem mira ostendisse:quod an verū sit affirmare nō ausim:quippe qui nihil certi sup eo noueri. Nihil eñ de illi⁹ opusculis me vel legisse recolo:vel vsq̄ vidisse. De qbus tñ subiecta ferūt
Opus insigne centum & decem differentiis partitū qd̄ p̄notauit
De Omnimoda medicina li.i.
Ad Iohannem papā.xxii. li.i.
In librum Iohannis mesue: li.i.
In problemata Aristotelis: li.i.
Et quædam alia.
Galienū de cholera nigra: & de regimīe sanitatis : cū aliis multis transtulit.
Claruit sub Ludouico imperatore quarto. Anno domini. Millesimo. CCCXX.

SIbertus de Beka:natione teutonicus:patria Gelrēsis: ordinis beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli:prior prouincialis Alemaniæ inferioris:vir in diuinis scripturis eruditissimus: & tam in iure canonico q̄ in philosophia Aristotelica egregie doctus:ingenio subtilis et clar⁹ eloquio: qui non minus conuersatione q̄ scientia clarus suo tēpore effulsit. Scripsit quædam commēdanda opuscula: quibus nomē suū ad noticiā posteritatis deduxit. E quibus feruntur
Super sententias: li.iiii.
Summa censurarū noui iuris: li.i.
Super regulam ordinis sui: li.i.
Et quædam alia.
Ordinale quoq; ordinis sui sagaci intentiōe correxit. Claruit tēporibus Ludouici bauari imperatoris quarti:et Iohannis papæ vicesimisecundi. Anno domini. M.CCCXX.

CLemens papa quintus:de Vasconia oriundus: Bernardus burdegalensis episcopus ante vocatus: sedit post benedictum vndecimum in cathedra Petri annis octo:mēsibus decem: vir doctus et strenuus:cuius iussu ordo templariorū vno die per totum orbem deletus fuit:concilium Viennense celebrauit:in quo multa ad vtilitatem ecclesiæ constituit. Septimum

decretalium librum composuit: quem Iohãnes. xxii. eius successor publicauit: sicut in eiusdem principio habetur: Qui vulgariter nominatur

Codex Clementinarum:	li. i.	Fidei catholicæ fũda.
Epistolarũ quoq̃ ad diuersos:	li. i.	Clemẽs eps̃ seruus ser.

Moritur Henrico septimo imperiũ Romanũ gubernante. Anno domini. M.CCCXIIII. Indictione duodecima.

PEtrus de perpiniano: dictus Rimi: natione Cathalanus ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: vir in scripturis sanctis eruditissim⁹: & philosophiæ scholasticæ subtilis explanator: ingenio prompt⁹ et declamator egregius. Edidit multa nõ contemnendæ lectionis opuscula: quibus vberem ingenii sui venã exercitãs: nomẽ suũ etiã posteritati notum fecit. E quibus feruntur

Quæstiones sententiarũ:	li. i.
In toto psalterio:	li. i.
Sermones varii:	li. i.

De aliis aũt quæ cõposuit: nihil ad noticiã meã vsq̃ peruenit.

ODericus ordinis fratrũ minorũ: vir sanctus et erudit⁹: verbi diuini prædicator egregius: ob cui⁹ feruentissimũ amorem peregrinationẽ assumẽs: Asiam et Indiã penetrauit vbi prædicando et docendo fidem christi euangelizans: multos ab iniquitate ad semitam iusticiæ ꝯuertit: cui⁹ sanctissima vita multis signis tam in carne q̃ post mortem cõprobata est. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula

Historiam peregrinationis suæ:	li. i.
Sermones quoq̃ varios:	li. i.
Et quasdam epistolas:	

Claruit Ludouici imperatoris quarti: et Iohannis papæ vicesimisecundi temporibus. Anno domini. M.CCC. atq̃. XX.

FRãcisc⁹ Maronis: ordinis fratrũ minorũ: Iohãnis Scoti quondã auditor: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹ et in præceptis philosophorũ nobilit̃ doct⁹ ingenio subtilis: ore facundus: stilo compositus: studio cõtinuus: & ad disputãdas soluendasq̃ scripturarũ quæstiones satis acutus & valde idoneus. Scṕsit ĩgenii sui nõ pauca ꝑclara volumĩa: ĩ qb⁹ & se doctissimũ ostẽdit: et nomẽ suum cũ gl'a ad posteros trãsmisit. De quibus ista feruntur

Super sententias:	li.iiii.	Circa procemiū pmi.
De formalitatibus:	li.i.	
Quæstiones variæ:	li.i.	
Sermones de tempore:	li.i.	
Sermones de sanctis:	li.i.	

Fert etiā in diuinis voluminibus quosdā ɔmētarios:aliosq3 diuersos cōposuisse tractat⁹:qui ad noticiā meā adhuc minime venerūt Claruit tpibus Ludouici bauari impatoris quarti: & Iohānis papæ vicesimisecundi. Anno domini. M.CCCXX.

Bonauentura Patauinus:ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini quondam prior generalis:ac deinde sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ tituli sanctæ Ceciliæ presbyter cardinalis:vir in diuinis scripturis eruditus: et sæcularium literarum non ignarus:ingenio promptus et clarus eloquio: nō minus conuersatione q̄ scientia reuerendus: in declamandis ad populum sermonibus magnæ opinionis: qui cū ecclesiæ libertatē acerrime tueretur contra tyrannos:a Carrariensi dn̄o sagitta tandē cōfixus:martyrio coronatus est. Scripsit valde vtiles et elegantes

Sermones de tempore:	li.i.	Veniet desiderat⁹ cū.
Sermones de sanctis:	li.i.	Mihi aūt absit gl'iari.

Et quædam alia.
Claruit sub Ludouico imperatore quarto. Anno domini. Millesimo. CCCXX.

Guilhelm⁹ Ockam:natione Anglicus: ordinis fratrum minorum:Iohannis Scoti quondam discipulus:vir in diuinis scripturis eruditus: et in philosophia Aristotelica nobiliter doctus:ingenio subtilis et clarus eloquio. Scripsit quædam in scripturis opuscula:quibus nomen suum ad posteros transmisit. Hic contra Iohannem vicesimumsecundum:hæresim fratricellorum damnantem: vna cum Petro piceno quem Ludouicus imperator in idolum erexerat:& Nicolaum quintum appellari fecerat:agens et scribens:eumq3 hæreticum esse pronuncians:ab eo excommunicatus est. Qui ad Ludouicum imperatorem æque excommunicatum fugiens dixit ei:O imperator defende me gladio et ego defendam te verbo. Mansit itaq3 excommunicatus cum excōmunicato vsq3 ad finem vitæ suæ:& in morte tandē absolut⁹ fuit. Scoti magistri sui acerrimus impugnator fuit: & omnia pene illius dicta oppugnauit. Scripsit autem

Contra Iohannem.xxii.de paupertate christi et apostolorum

Apologiam:	li.i.	
Super sententias:	li.iiii.	
Quodlibeta etiam:	li.i.	
De fautoribus hæreticorum:	li.vii.	In oibus curiosis.
De sacramento altaris:	li.i.	

Et quædam alia.

Claruit Ludouici imperatoris quarti temporibus:& Iohãnis papæ vicesimisecundi. Anno dñi.M.CCCXX. Et sepultus est in conuētu Monacensi ordinis sui:in Norica prouincia:quæ nūc appellatur Bauaria : cuius impator Ludouicus ante dux erat.

ALpharus ordinis fratrum minorum:natione Hispanus: Iohannis Scoti auditor: vir in diuinis scripturis eruditissimus:apud Iohannem.xxii.in precio habitus contra Guilhelmum ockam anglicum scriptis egit et verbis. Edidit ingenii sui quædam præclara volumina:quibus nomen suum ad noticiam posteritatis transmisit. E quibus extat opus magnum & insigne:defectus ecclesiasticarum personarum describens: quod prænotauit

De planctu ecclesiæ:	li.i.	
Speculū quoque Regum:	li.i.	In noie dñi nostri iesu.
Super sententias:	li.iiii.	
Apologiam:	li.i.	

Et quædam alia.

Claruit eodem tempore quo et Ockam sub Ludouico impatore quarto:et Iohanne papa.xxii. Anno dñi.M.CCCXX.

MAtthæus siluaticus: patria Mantuanus:genere nobilis:arte et professione medicus: in qua facultate suo tēpore præ cæteris multis et doctus habebatur et expertus:ingenio subtilis et clarus eloquio. Scripsit in ea scientia nō cōtemnenda volumina: quibus nomen suum ad posteritatis noticiam deduxit. E quibus ego tantum vidi opus insigne ad Rupertū Siciliæ regem et medicum de oibus simplicibus medicinis & earum proprietatibus: quod prænotauit

Pandecta:	li.i.	Aaron græce:arabice.

De cæteris nihil vidi.

Claruit sub Ludouico imperatore quarto. Anno domini. Millesimo.CCCXX.

IOhannes canonicus: ordinis (vt dicunt) fratrum minorū Iohannis Scoti certum est quōdam auditor atq; discipulus in gymnasio Parisiorum: vir in diuinis scripturis eruditus: et in sæculari philosophia subtiliter doctus: iuris quoq; tam pontificii q̄ cæsarei nō ignarus. Fertur quædam præclara composuisse opuscula: quibus ingenium exercitans: nomē suum posteris etiam notificauit. Sed ego nihil eorum vidi: feruntur aūt

Super sententias: li.iiii.
Quæstiones disputate: li.i.
Et quædam alia.

Claruit sub ludouico impatore quarto. Anno dn̄i. M.CCCXX.

DVrandus de sancto Portiano: ordinis fratrum prædicatorum: et postea (vt ferunt) Aniciensis ecclesiæ episcopus: vir in diuinis scripturis studiosus et erudit⁹: atq; in philosophia sæculari non infime doctus: ingenio promptus & clarus eloquio: declamator sermonum egregius: scriptorū sancti Thomæ aquinatis primo defensor: postea vero acerrimus impugnator: cuius mutationis causa quædā fluctiuaga fertur: cui ego fidem nec facile tribuere debeo: nec temere denegare. Scripsit quædam non spernēda volumina: quibus nomen suum notificauit. De quibus feruntur

Super sententias: li.iiii. Est deus in cælo reue.
De instructione cleri: li.i. Frēs charissimi & sa.
Summa notabilis: li.i.
Quæstiones variæ: li.i.
Sermones diuersi: li.i.

Cætera quæ composuisse dicitur: ad noticiam meam adhuc non venerunt.

HErenus de Boyo natione brito: ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: vir vndecunq; doctissimus: sacræ paginæ insignis professor: acuti et vehementis ingenii: ad soluendas quæstiones scripturarum satis idoneus. Fertur nonnulla præclara scripsisse opuscula: quib⁹ nomen suum ad noticiam posteritatis cum gloria transmisit. E q̄bus inuenitur opus insigne vt sui ferunt

Super sententias: li.iiii.
Et variæ quæstiones.

Sed et quædā alia cōposuisse dicit̄: q̄ ad noticiā meā non venerūt.

RVpertus ordinis fratrum prædicatorum: vir in diuinis scripturis longa exercitatiõe doct⁹: et philosophiæ scholasticæ subtilis et profundus interpres: disputator acut⁹ et declamator sermonum egregius: ingenio acutus: sermone scholasticus. Edidit quædam non contemnẽda opuscula: quibus ingenium fructuose et vtiliter exercitans: nomẽ suũ nõ tm̃ præsentib⁹ sed et futuris notificauit. E quib⁹ extant

Super sententias: li.iiii.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i

Multos præterea libros Aristotelis commentariis elegantissimis exornauit.

Claruit sub Ludouico imperatore quarto. Anno domini. Millesimo.CCCXX.

AStesan⁹ de Ast: ordinis fratrum minorum: vir in diuinis scripturis nobiliter doctus: philosophus et iurista insignis: scientia clarus: ingenio profundus: consilio cautus: sentẽtia certus: sermone compositus. Fertur ingenii sui excellentis varia cudisse opuscula: quibus nomẽ suũ tam præsentibus q̃ futuris notificauit. E quibus ego tm̃ vidi necessariam

Summã de casibus: li.viii. Dicturi ergo ĩ hoc pri.

De cæteris nihil vidi.

Claruit sub Ludouico imperatore quarto. Anno domini. Millesimo.CCCXXX.

IOhannes de Alerio: natione Tholosanus: ordinis beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: tertiusdecimus prior generalis: vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: et nõ minus religionis feruore q̃ eruditiõe venerabilis ordinem Carmelitanũ nouem annis strenue gubernauit. Edidit nonnulla præclara volumina: quibus abundantẽ ingenii sui venã ostendit. E quibus extant

Super sententias: li.iiii.
Lectura in ecclesiasticũ: li.i.
Et alia plura.

Electus fuit in generalem ordinis sui in monte Pessulano in capitulo generali: die pentecostes: sub Ludouico imperatore quarto: et Iohanne papa.xxii. Anno domini. M.CCCXXI. Indictione quarta.

IOhannes de regno: natione gallus: ordinis fratrũ beatæ Mariæ semp virginis de mõte Carmeli: pũetu Tholosanus: vir ĩ scripturis sctis eruditꝰ: et sæcularis eruditõis nõ ignarꝰ: ingenio promptꝰ: sermone scholasticꝰ: in declamandis sermonibꝰ ad populũ egregius. Edidit multa pclara volumĩa: quibus nomẽ suũ etiã posteris notificauit. E quibus ista feruntur

Super sententias: li.iiii.
In euangelium Matthæi: li.i.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Quadragesimale: li.i.

Cætera vero quæ cõposuisse dicit: ad noticiã meã nõ venerunt.

STephanꝰ de prouincia: vtriusq; iuris professor & ĩterpres eximiꝰ: et tã in diuinis scripturis q̃ in sæcularibꝰ lrĩs sufficiẽter instructꝰ: ingenio et eloquio clarꝰ: cuiꝰ eruditio apd cõtemporaneos suos cõprobata erat. Scripsit q̃dã nõ negligẽda volumina: quibꝰ ingeniũ gloriose exercitãs etiã nomẽ suũ ad noticiã posteritatis cũ laude trãsmisit. E quibus est opus insigne

Super Clementinis: li.i.
Quæstiones variæ: li.i.

De cæteris nihil reperi.

Claruit circa tpa ludouici ĩpatoris q̃rti. Anno. M.CCCXXX.

IOhãnes Andreas: natiõe Italꝰ: patria Bononiẽsis: iurecõsultus oĩm admiratõe celeberrimꝰ: fons canonũ: et dubiorũ cautissimꝰ ĩterpres: ĩgenio clarꝰ: sciẽtia profũdus: eloquio cõpositꝰ: qui cõtra cõsuetudinẽ hoĩm nrĩ tpis q̃uis vxoris esset vinculis alligatꝰ: incredibile tñ studiũ lrĩs ĩpendit: vt nihil illi dulcius q̃ scribere aliquid ad posteritatis ædificationẽ esse potuerit: quod eius præclara volumina testant: quibus nomini suo memoriam cõparauit eternam. De quibus ego pauca merui videre

Super decretalibus:	li.v.	
Super.vi.decretalium:	li.i.	Quia præposterꝰ est.
Super nouellis dupliciter:	li.ii.	
In Speculum additiones:	li.i.	Ego iohannes An.
Mercuriale prænotatum:	li.i.	
Summa de spon.et matrimo.	li.i.	Q̃m frequẽter in foro.
Super Clementinis:	li.i.	Iohannes: Gratiosum.
De laudibꝰ sancti Hieronymi:	li.iii.	Hieronymũ iugiter al.

De arbore consanguinitatis: li.i.
De cæteris nihil vidi.
Moritur tādem ex peste bononie sepultus: sub Carolo imperatore quarto: et clemēte papa sexto. Anno dñi. M.CCCXLVIII. Indictione prima.

CInus Pistoriensis: ex nobili symbaldorum familia natus Dini mugelani clarissimi viri quondā auditor atq; discipulus: et iohānis Andreæ familiaris amic9: vir certe in iure ciuili oīm suo tpe doctissim9: ingenio subtilis: scientia promptus et vberrim9. Edidit multa in ea facultate opuscula: quib9 nomē suū ad posteritatis noticiā trāsmisit. De quib9 ista feruntur
Super Codice: li.ix.
In prima parte. ff. veteris: li.i.
In secunda parte: li.i.
Additiones in reliquas: li.i.
Et alia plura.
Claruit sub ludouico īpatore quarto. Anno dñi. M.CCCXXX

MOnaldus ordinis fratrum minorum theologus et iurista eruditissimus: ingenio subtilis: scientia cautus: sermone scholasticus: in declamandis sermonibus ad populum excellentis industriæ vir. Edidit pro vtilitate simplicium etiam doctis non spernenda opuscula: quibus et tunc præsentibus et longe postea futuris vtiliter prouidit. De quibus subiecta feruntur: necessaria et perpulchra
Summa iuris canonici: li.i. Qm̄ ignorans ignora.
Quæstiones sententiarum: li.iiii.
Sermones varii: li.i.
Et alia complura: quæ ad noticiam nostram minime venerunt.

OLdradus de Laude: natione italus: Dini mugelani viri doctissimi quondam auditor: et iohannis Andreæ amicissimus: vir ī vtroq; iure peritissim9: philosophiæ quoq; disciplinis optime imbutus: qui multis annis consistorialis aduocatus extitit: & magnam eruditionis suæ laudem et gloriam acquisiuit. Scripsit in vtroq; iure nonnulla præclara opuscula: quib9 nomen suum ad noticiam posteritatis transmisit. E quibus vidi tantum
Consiliorum volumen: li.i. In nomine dñi amen.
De cæteris nihil vidi.

Fert in iure ciuili multas post se lecturas reliquisse: q̃s necdũ vidi. Claruit sub ludouico ĩpatore q̃rto. Anno dñi. M.CCCXXX.

IOhannes de Blomendal: natione teutonicus: ordinis fratrũ minorũ: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus et sæcularis philosophiæ nõ ignarus: ingenio præstãs: & clarus eloquio: in declamãdis sermonibus ad populũ doctor egregius fuit. Scripsit pro ædificatione fideliũ nõ sperneda volumina: quib⁹ nomẽ suũ posteris notificauit: de quib⁹ ego tñ adhuc repi

Sermones de tempore: li.i. Sume arma tua phare.
Sermones de sanctis: li.i.
Sermones p quadragesimã: li.i.

Claruit sub Ludouico bauaro ĩpatore quarto: & Iohanne papa vicesimosecundo. Anno dñi. M.CCCXXX.

GVido de monte Rotherii: vir in scripturis sanctis admodũ studiosus: et veterũ lectione diues: ingenio clarus: sermone scholasticus. Scripsit ĩgenii sui nõ ꝯtemnẽda opuscula: quibus memoriã nois sui etiã apud posteros notam fecit. E quib⁹ ego diuulgatũ illud opus per impressurã tñ vidi: qđ pro simpliciũ directione sacerdotũ componẽs prænotari voluit

Manipulũ curatorũ: li.iii. Q̃m sicut dicit prophe.

Alia reperire non potui.

Claruit temporibus Ludouici imperatoris quarti: et Iohãnis papæ .xxii. Anno domini. M.CCCXXX.

IOhannes de Ligneriis: philosophus et astronom⁹ oĩm suo tpe celeberrim⁹: qui hãc disciplinã a memoria hoĩm iã pene abrasam magnifice instaurauit: in gymnasio Parisiensi eruditionis suæ laudes ingentes acquisiuit: vbi huiusce facultatis cooperatores et consocios habuit: viros mathematicæ scientiæ doctissimos: Iohannẽ de saxonia: Iohannẽ de muris: & bernardũ philosophos et astronomos insignes: qui et ipsi varia opuscula cõscripserũt. De opusculis aũt hui⁹ Iohãnis de ligneriis quãq̃ multa et præclara scripserit: paucissima vidi: scilicet

Canones primi mobilis: li.i. Cuiuslibet arcus positi.
Tabulas eiusdem: li.i.
De spera quoq;: li.i.

De cæteris nihil reperi.

Claruit tẽporibus Ludouici bauari ĩpatoris quarti: & Iohãnis papæ .xxii. Anno domini. M.CCCXXX.

IOhannes Danck de saxonia: natiõe teutonicꝰ: iohannis de Ligneriis supradicti cõtemporaneꝰ: & studiorꝝ eiꝰ cõsocius: vir vndecũq; doctissimus: philosophus et astronomus: inter oẽs sui tp̃is celeberrimꝰ: ĩgenio subtilis et præstãs. Edidit multa præclara & admiranda opuscula: quibꝰ nomẽ suũ cũ glĩa trãsmisit ad posteros. Sed ego huc usq; paucissima inueni

Canones eclipsales:	li.i.	Eclipsis solis quãtitatẽ.
Canones tabularum:	li.i.	Tempus quarti aspe.
De astrolabio:	li.i.	
De incensionibus:	li.i.	

Claruit temporibus Ludouici imperatoris quarti: et iohannis papæ vicesimisecundi. Anno domini. M.CCCXXX.

PEtrus de Palude: natiõe gallus: ordinis fratrũ prædicatorũ: vir in diuinis scripturis eruditus: ac sæcularis philosophiæ et iuris canonici nõ ignarus: disputator acutꝰ: & declamator egregius. Edidit quædã præclara in scripturis sc̃tis volumina: quibus nomẽ suum ĩmortalitati condonauit. E quibus feruntur

Super sententias:	li.iiii.
Quæstiones variæ:	li.i.
Et diuersi sermones:	li.i.

Et alia multa.

Multos etiam Bibliæ libros suis commentariis ornasse dicitur et exposuisse.

IOhannes Caldrini: natione italus: patria Bononiensis: iohannis Andreæ quondam auditor atq; discipulus: canonici iuris professor & celeberrimus interpres: philosophiæ sæcularis & diuinarũ scripturarũ nõ ignarus: ingenio promptus & apertus eloquio. Scripsit in sua facultate nõ pauca volumina: quibus ingenium suũ sedula exercitatione comprobãs: ad memoriam posteritatis nomen suum transmisit. E quibus reperi opꝰ magnum & insigne tribus voluminibus non paruis distinctũ qđ prænotauit

Repertorium iuris:	li.iii.	A. Hæc dictio a ĩterdũ
Super decretalibus:	li.v.	
De interdicto ecclesiastico:	li.i.	Quia dubia plura circa.
Consilia multa:	li.i.	

De aliis nihil vidi.

Claruit sub Ludouico bauaro imperatore quarto: & benedicto papa.xii. Anno domini. M.CCCXL.

PAulus de Lyazariis: iohãnis Andreæ Bononiẽsis auditor: et iohannis Caldrini condiscipul⁹: vir in vtroq; iure peritissimus: et philosophorum præceptis nobiliter instructus: ingenio et eloquio clarus: qui iter doctores iuris suo tempore non minimus erat. Scripsit inter cætera ingenii sui opuscula insigne volumen vt dicitur

Super Clementinis: li.i.

Et quædam alia.

Claruit temporibus Ludouici bauari imperatoris quarti: & Benedicti papæ duodecimi. Anno domini. M.CCCXL.

LVpoldus de Bebẽburg: episcopus Bambergensis: natione teutonicus: & vt ferunt iohannis Andreæ Bononiensis quondam auditor iureconsultus celeberrimus: & tam in diuinis scripturis q̃ in sæcularibus litteris nobiliter doctus: ingenio subtilis et clarus eloquio. Edidit non spernẽde lectionis opuscula: quibus nomẽ suum ad noticiã posteritatis cum ingẽti gloria trãsmisit. E quibus extat opus insigne de zelo christianæ religionis veterum principum

Germanorum: li.i.

De iuribus imperii Romani: li.i.

Et quædã alia in diuersis materiis volumia: q̃ ad me nõdũ venerũt

Claruit temporibus Ludouici imperatoris quarti: et benedicti papæ.xii. Anno domini. M.CCC.ac.XL.

NIcolaus Mutinensis: vir in vtroq; iure et in legibus præcipuæ nobiliter doctus: ingenio subtilis: sermone scholasticus: scientia et consilio cautus vt posteris ingenii sui monimẽta relinqueret. Scripsit in iure ciuili quædam præclara volumina: quibus se presentibus tunc vtilem: futuris aũt fecerat notũ E quibus feruntur

Super Codice: li.ix.

Super.ff.veteri: li.xxiiii.

Super.ff.nouo: li.xii.

Super.ff.inforciati: li.xiiii.

Et quædam alia.

Claruit temporibus Ludouici bauari imperatoris quarti: & benedicti papæ.xii. Anno domini. M.CCC.ac.XL.

LApus de Castelliõe: abbas sancti Miniatis: ordinis diui patris benedicti: iurecõsult⁹ inter omnes sui tpis eruditissim⁹ et philosophorꝝ disciplinis ab ineũte (vt aiũt) ætate imbutus: ingenio clarus: eloquio scholasticus: & disputator quæstionũ scholasticaliũ egregius: cuius auctoritas apud iuristas non minima censenda est. Scripsit in sua facultate plura opuscula de quibus extat opus insigne

Allegationum suarum:	li.i.
Super Clementinis:	li.i.

Et alia complura.

Claruit temporibus Ludouici imperatoris quarti: et benedicti papæ.xii. Anno domini. M.CCCXL.

GVericus abbas Igniacensis: vir in diuinis scripturis non infime doctus: ingenio facilis: eloquio dulcis & cõposit⁹: & ad persuadendũ satis idoneus: nõ minus cõuersatione & regularis obseruantiæ amore q̃ sciẽtia scripturarũ insignis. Scripsit pro ædificatione simpliciũ et deuotorũ fratrũ nõ contemnẽda opuscula: quibus ouiũ christi pastorẽ se vtilẽ fidelemq; exhibẽs: nomẽ suũ etiã posteris notificauit. E quib⁹ ego reperi tñ op⁹ sermonũ de tpe et sanctis per anni circulũ quos habuit

Ad fratres suos:	li.i.	Saluatorẽ expectam⁹.

Epistolas etiam scripsit.

De cæteris aũt quæ cõposuisse dicit̃: nihil vsq̃ potui inuenire.

HEnricus de Vrimaria: ordinis fratrũ heremitarũ sancti Augustini: natione (vt ferũt) teutonicus: vir in scripturis sanctis a puericia studiosissim⁹: & multũ erudit⁹: in philosophia aristotelica nulli suo tempore secũdus: qui multis annis in gymnasio Parisiensi doctor egregi⁹ extitit: et celebri doctrina insignis effulsit. Scripsit multa præclara volumina: de quib⁹ feruntur esse subiecta

Super sententias:	li.iiii.	
Quodlibeta quoq;:	li.i.	
De decem præceptis:	li.i.	Audi israel præcepta.
Flores ex collatione patrũ:	li.xxiiii.	Quia multa ꝑdicabi.
De perfectione hominis:	li.i.	
De incarnatione verbi:	li.i.	
De quadruplici instinctu:	li.i.	Semen aliud cecidit in.
De exemptione:	li.i.	

Expositio decre.de cele.mis. li.i.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
In libros Ethicorum: li.x.
Et alia multa.
Claruit tpibus Ludouici imperatoris quarti cognométo Bauari et benedicti papæ.xii. Anno domini.M.CCCXL.

BArtholomæꝰ de Osa:pria pergomẽsis:vir ĩ diuis scripturis studiosus:& in sæcularibus litteris egregie doctꝰ:philosophus et historiographus insignis: ingenio præstans & clarus eloquio. Fert nõnulla excellentis doctrinæ cudisse volumina:quibus nomẽ suũ ad noticiã posteritatis transmisit. In quibꝰ præcellit opus
Historiarum insigne: li.xvi.
Claruit sub ludouico impatore quarto. Anno dñi.M.CCCXL.

BArtholomeꝰ Pisanus:ordinis fratrũ prædicatorꝶ:vir in diuinis scripturis eruditꝰ:et in vtroq; iure peritissimꝰ:ac in philosophiæ secularis scientia nobiliter doctus:ingenio clarus:sermone apertus:scientia et consilio cautus. Fert quædam præclara conscripsisse opuscula:de quibus ego vidi tm̃ Sũmã quã Pisanã vocant:opus profecto nõ abiiciẽdũ:cuius ante paucos annos magnus erat vsus apud plebium confessores: quam auctor prænotauit
Summam magistruciam: li.i.
De cæteris nihil vidi.
Claruit sub Ludouico imperatore quarto:et summã suã vt ipse testatur perfecit. Anno domini.M.CCCXXXVIII.

ALbertus Brixianus:ordinis fratrũ prædicatorũ: vir in scripturis sanctis studiosus et eruditus:& in vtroq; iure nõ infime doctus:declamator quoq; sermonũ egregius & non minus sanctus q̃ eruditus:quippe qui miraculis in vita etiã coruscasse perhibetur. Scripsit iter cætera ingenii sui monimenta notabilem
Summã de casibus: li.i.
Sermones varios: li.i.
Et quædam alia.
Claruit sub Ludouico imperatore quarto. Anno domini. Millesimo..CCCXL.

LVdolphus ordinis Carthusiẽsis ĩ domo Argentineñ. natione teutonic⁹ saxonica terra oriũdus: vir ĩ diuinis scripturis studios⁹ et erudit⁹: & sæculariũ lrãꝝ nõ ignarus: ingenio mitis: eloquio dulcis et cõposit⁹: vita quoq; et cõuersatiõe insignis. Edidit magnæ deuotionis et ꝓfunde eruditiõis q̃dã præclara opuscula: quibus ingeniũ nobiliter exercitãs: nomẽ suũ ĩmortalitati condonauit. E quibus ego vidi tñ subiecta. Volumẽ magnũ et insigne super euangelio quod prænotauit

Vitam domini iesu: li.ii. Fundamẽtũ aliud ne.
In psalterium quoq;: li.i. Sicut olim manna ha.
Feruntur eius & alia.
Claruit sub ludouico ĩpatore quarto. Anno dñi. M.CCCXXX

HErmãnus de Schildis: ordinis fratrũ heremitaꝝ sancti Augustini: vir in diuinis scripturis studiosissim⁹ & valde peritus: ingenio prestãs: & nõ minus vita q̃ eruditõe & scientia insignis. Edidit multa præclara volumina: quib⁹ abundantẽ ingenii sui venã ostendit: & nomẽ suũ ad posteritatis noticiam cũ ingenti laude & glĩa trãsmisit. E quibus subiecta ferũtur

Super primo sententiarum: li.i.
In Genesim lectura: li.i.
Hexameron duplex: li.ii.
In Cantica canticorum: li.i.
De materia Canticorum: li.i.
Sup oratione dñica dupliciter: li.ii.
Super Aue maria: li.i.
Breuiloquium: li.i.
De.iiii.sensibus scripturæ: li.i.
Expositionis missæ: li.i.
Manuale sacerdotum: li.i.
De vitiis capitalibus: li.i.
Claustrum animæ: li.i.
De conceptione sanctæ Mariæ li.i.
De modo studendi: li.i.
Introductorium iuris: li.i.
De vera et falsa amicitia: li.i.
De horis canonicis: li.i.
De quinq; sensibus: li.i.
De.xlii.mansionibus: li.i.

Contra flagellatores: li.i.
De comparatione missæ: li.i.
De diuisiõe philosophiæ metri: li.i.
Super.c.Omnis vtriusq;: li.i.
Sermones varii: li.i.
Collationes prædicabiles: li.i.
Quæstionũ diuersarum: li.i.
In rhetoricam Aristotelis: li.i.
Alia insup multa ędidit: quæ ad noticiam meã non venerunt.
Claruit temporibus Ludouici imperatoris quarti: & benedicti papæ.xii. Anno domini.M.CCCXL.

GVilhelm⁹ de kayotho: ordinis fratrũ ꝑdicatoꝝ: prior ꝓuincialis in Francia: vir ĩ diuinis scripturis erudit⁹: & tã in iure canonico ꝗ̃ ĩ philosophia scholastica nobilr̃ doctus ingenio subtilis & clarus eloquio: in declamãdis sermonib⁹ ad populũ excellẽtis ĩgenii. Scripsit quædã nõ spernẽda opuscula: quib⁹ nomẽ suũ ad noticiã posteritatis cũ laude transmisit. Summã Iohannis teutonici quæ confessorũ dicitur
Abbreuiauit: li.i. Quid est symonia: dic.
Sermones diuersos: li.i.
Cætera quæ composuit: ad noticiã nostram minime venerunt.

PEtrus de Casa Lemouicẽsis: ordinis fratrũ beatæ Mariæ semp virginis de monte Carmeli: decim⁹ et quart⁹ prior generalis: deinde vero epũs Basionẽsis: ac postremo (vt ferunt) patriarcha hierosolymitan⁹: vir ĩ diuinis scripturis eruditissimus: ingenio prompt⁹ et clarus eloquio: in declamandis sermonib⁹ ad populũ doct⁹ et facũdus. Edidit ꝗdã ꝑclara volumia quib⁹ nomẽ suũ ad noticiã posteritatis trãsmisit. E quib⁹ ferunť.
Super sententias: li.iiii.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Et quædam alia.
Claruit et in priorem generalẽ ordinis sui electus fuit de conuẽtu Lemouicensi: sub Ludouico imperatore quarto et Iohanne papa xxii. Anno domini.M.CCCXXX. Indictione tertiadecima: Rexit ordinem suum strenue annis duodecim.

PAulus de perusio: ordinis fratrũ btẽ mariæ semp virginis de mõte Carmeli: vir in diuinis scripturis studiosus

& doctus: atq; in sæculari philosophia sufficiēter instruct⁹: ingenio subtil': sermōe scholasticus. Edidit magnæ auctoritatis nonnulla opuscula: quibus luculentū ingeniū exercitās: nois sui memoriam cū ingenti glīa trāsmisit ad posteros. E quib⁹ extat opus celeberrimū et prope diuinū quod in gymnasio Parisiensi recitauit

Super sententias:	li.iiii.	Circa primū sentētia.
Quodlibeta quoq;:	li.i.	

Et quædam alia.

Claruit Parisius et suā lecturā cōpleuit sub Ludouico bauaro impatore quarto: et Clemēte papa sexto. Anno. M.CCCXLIIII. Indictione.xii. Et nō diu post eandē lectionē suā Parisius morit̃: & ibidem in conuentu sepelitur.

Bernardus Parentinus: ordinis fratrū prædicatorū: vir in diuinis scripturis studiosus: & longa exercitatione peritus: atq; in scholasticis disciplinis nō mediocriter doctus ingenio subtilis et clarus eloquio: in declamādis sermonib⁹ ad populū excellentis opinionis. Scripsit ad instructionē simpliciū sacerdotū quædā non spernenda volumina: quibus nomē suū ad posteros transmisit. E quibus extat

Expositionis missæ:	li.i.	Qm̄ clamitat sapiens.
Sermonū varioꝝ:	li.i.	

Et alia complura.

Claruit sub ludouico impatore quarto. Anno dñi. M.CCCXL.

Osbertus natione anglicus: ordinis beatæ Mariæ semp virginis de monte Carmeli: vir certe in scripturis sanctis eruditissimus: & in sæculari philosophia egregie doct⁹ acuti et vehementis ingenii: eloquii scholastici: in disputandis soluendisq; quæstionib⁹ scripturarū subtilis. Scripsit q̄dā p̄clara opuscula quib⁹ memoriā sui posteris cōmēdauit: de quib⁹ extant

Super sententias:	li.iiii.	Cōclusio vna ꝓposita.
Determinationes variæ:	li.i.	Quærit̃ vtrū expu.
Sermones quoq; varii:	li.i.	

Cætera quæ cōposuit ad noticiā nr̄æ lectiōis non peruenerunt.

Iohannes Esturidi: natione anglicus: vir in sæcularib⁹ literis omniū sui tp̄is facile doctissim⁹: philosoph⁹ & astronomus nulli secūdus: īgenio prestās & dulcis eloq̄o. Scripsit ingenii sui quædā præclara opuscula: quib⁹ nomē suū ad noticiā posteritatis transmisit. E quib⁹ extat opus insigne astrologiæ

iudicialis:de accidentib⁹ mūdi: quod vulgo appellat̄
Summa anglicana: li.ii. Intentio mea in hoc li.
De cæteris nihil vidi.
Claruit et cōpleuit eandē summā:sicut in eius principio fatet̄ sub Carolo imperatore quarto:et Clemente papa sexto. Anno domini. M.CCC.xlvii. Indictione.xv.xviii. Cal̄. Ianuarii.

BErnardus abbas monasterii Cassinēsis: ordinis diui patris benedicti:vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus:et sæculariū litterarū nō ignar⁹: ingenio prestans & vita præclarus:ac regularis obseruantiæ cultor et propagator insignis. Scripsit ad ædificationē monachorū quædā p̄clara opuscula quibus nomē suū notificauit. De quibus extant subiecta
Speculum monachorū: li.i.
In regulā sancti benedicti: li.i. Legit̄ in prouerbiis.
De præceptis regularibus: li.i.
Sermones ad fratres: li.i.
Alia quoq; multa cōposuisse dicit̄:q̄ ad nos minime peruenerūt.

SImō de Cremona:ordinis fratrū heremitarū sancti Augustini:vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus:& liberaliū artiū nō ignarus:ingenio præstās et clarus eloquio:in declamādis sermonibus ad populū satis egregius: quippe qui Venetiis multo tempore huic insudauit officio: vbi verbo & exēplo plurimos erudiuit. Scripsit ad instructionē simpliciū p̄dicatorū non spernenda opuscula:de quib⁹ extant subiecta. Ad Antonium germanū suū presbyterum Sermones
Super euangelia: li.i. Leuate capita vr̄a q̄m.
Super epistolas quoq;: li.i. Abiiciamus opa tene.
Cætera quæ composuit: ad noticiam nostræ lectionis nondum venerunt.

PEtrus Raymundi de insula grassa: natione gallus:ordinis fratrum beatæ Mariæ semp virginis de monte Carmeli:quintusdecimus prior generalis:qui post Petrū de Casa Lemouicēsem:ordinē suum strenue rexit quindecim annis vir in diuinis scripturis erudit⁹: et sæcularis philosophiæ nō ignarus. Scripsit eleganter
Super sententias: li.iiii.
Et quædam alia.
Claruit et in generalē elect⁹ fuit de ꝯuentu Caracassensi ꝓuinciæ

Narbonensis: sub Ludouico imperatore quarto: et Clemente papa. vi. Anno domini. M.CCCXLIII. Indictione. xi.

Reinher⁹ Foroliuiẽsis iurecõsultus oĩm suo tpe celeberrimus: Bartholi de Saxoferrato pceptor: vir ĩgenio & eloquio clar⁹. Fert in iure ciuili varia cõposuisse opuscula: qb⁹ memoriã noĩs sui cũ gloria trãsmisit ad posteros. Sed ego nihil vsq̃ eoꝝ potui ĩuenire. Morit sub Carolo ĩpatore quarto: & Innocentio papa sexto. Anno dñi. M.CCCLVIII. Indictione. xi.

Simon de Cassia: ordinis fratrũ heremitaru sctĩ Augustini: vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: ingenio subtilis et disertus eloquio: nec minus sctitate cõuersationis q̃ sciẽtia venerãdus. Quippe qui in cõuentu Florentino pphetiæ spũ illustratus fuisse perhibet. Edidit magnæ vtilitatis plura volumina: in quib⁹ se virũ eruditũ et deuotũ ostẽdit. E quib⁹ opus insigne reperi super euangeliũ totũ: quod vulgo prænotatur

Gesta saluatoris:	li. xv.	A bono & sup bono.
De doctrina christiana:	li. i.	
De patientia:	li. i.	
Expositionẽ Symboli:	li. i.	
De speculo crucis:	li. i.	
De disciplina spiritaliũ:	li. i.	
Epistolarum ad diuersos:	li. i.	

Et quædam alia.

Claruit sub ludouico ĩpatore quarto. Anno dñi. M.CCCXL.

Simon de Spira: natiõe teutonic⁹: ordinis fratrũ btẽ mariæ semp virginis de mõte Carmeli: magister Parisiensis: in scripturis sanctis eruditissim⁹: & ĩ philosophia aristotelica nobiliter doctus: ingenio subtilis: sermone scholasticus: in gymnasio Coloniẽsi multo tpe theologiã gloriose docuit: & magnã eruditionis suæ laudẽ ab oĩbus cõparauit. Scripsit insigne volumen

Super sententias:	li. iiii.
Contra iudeos quoq₃:	li. i.
Postillã Coloniæ lectam:	li. i.

Alia insup nõnulla ędidit: sed ad noticiã nrãm minime venerũt.

Sertorius: quẽ Fortaneriũ nõnulli appellãt: ordinis fratrũ minorũ decim⁹ ęt nonus minister generalis: natõe anglicus: patria Galensis: deĩde archiepũs Rauẽnatẽsis: ac postremo Grandiensis patriarcha: et sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ

cardinalis: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: & saecularũ litterarũ nõ ignarus. Edidit quaedã praeclara volumina: qb⁹ nomẽ suũ etiã posteris notificauit. E quibus extat opus insigne
Sup Augustino de ciui. dei: li. xxii.
De caeteris nihil reperi.
Deniq; fertur etiam in bibliae libros varia syntagmata lucubrasse
Claruit: et in generalẽ ordinis sui ministrũ electus fuit in capitulo Massiliensi: sub Carolo imperatore quarto: et Innocentio papa sexto. Anno domini. M.CCCLVI. Indictione. ix.

ALbericus Roxiat⁹: patria Bergomẽsis: vtriusq; iuris ꝓfessor insignis: & clarissim⁹ iterpres: in caeteris quoq; litteris saecularib⁹ egregie doct⁹: ingenio prompt⁹: eloqõ cõpositus. Edidit in legibus multa instructa volumia: qb⁹ nõis sui memoriã cũ laude transmisit ad posteros. De quibus ista feruntur
Super Codice: li. xii.
Super. ff. veteri: li. xxiiii.
Super. ff. nouo: li. xii.
Super. ff. Inforciati: li. xiiii.
Super institutis: li. iiii.
Super. vi. Decretalium: li. i.
In Comoedias Dantis: li. i.
Alia quoq; nõnulla cõposuit: quae ad noticiã meã nõ venerunt.
Claruit sub ludouico impatore quarto. Anno dñi. M.CCCXL.

IOhãnes de Saxonia ordinis fratrũ minorũ: natiõe teutonicus: vir in diuinis scripturis erudit⁹: et tã ĩ iure canonico q̃ in philosophia scholastica sufficiẽter doct⁹: in declamãdis sermonib⁹ ad populũ excellẽtis opiniõis. Edidit igenii sui quaedã ꝑclara volumia: qbus nomẽ suũ etiam posteris notificauit (E quib⁹ extat
Summa de casibus: li. i.
Et alia quae non vidi.
Claruit sub ludouico impatore quarto. Anno dñi. M.CCCXL.

GErardus de Senis: natione Italus: ordinis fratrũ heremitarũ sancti Augustini: vir in scripturis sanctis nõ mediocriter doctus: et in vtroq; iure longa exercitatione perit⁹: ingenio subtilis et acutus: cuius eruditionẽ Iohãnes Andreas cõtemporaneus eius saepe commendans allegat. Scripsit nõnulla ꝑclara opuscula: quibus memoriam nõis sui ad posteros transmisit. E quibus ista feruntur potiora

In primū sententiarum: li.i.
De contractibus et vsura: li.i.
De præscriptionibus: li.i.
De cæteris nihil reperi.
Claruit cū Iohanne Andrea: sub Ludouico bauaro impatore q̄rto: et benedicto papa.xii. Anno domini. M.CCCXL.

IOhannes de Rupe scissa: ordinis fratrū minorū: in diuinis scripturis admodū studiosus & eruditus: & sæcularis philosophiæ nō ignarus: nescio quo spū seduct⁹ (ne dicā inductus) desolationē ecclesiæ catholicæ: et alia q̄dā terribilia p̄dicere quasi propheta exorsus: in carcerē a ministris sui ordinis coniectus est: et inuentus est spūs mendax in ore eius. Scripsit in vinculis ad quendam cardinalem
Reuelationes suas: li.i. Reuerēdissime in xpo.
Super sententias quoq;: li.iiii.
Et quædam alia.
Claruit sub ludouico impatore quarto. Anno dñi. M.CCCXL.

GErardus epūs Sauonēsis: ordinis fratrū heremitarū sancti Augustini: patria Pergomensis: vir ī diuinis scripturis valde eruditus: et in iure canonico nobiliter doctus: ingenio subtilis et clarus eloquio: nō minus vita q̄ doctrina insignis cōposuit ad vtilitatē legentiū nō contemnēda opuscula: quibus ingeniū vtiliter exercitās: nomē suū ad noticiā posteritatis transmisit. E quibus feruntur
Super sententias: li.iiii.
Quodlibeta duo: li.i.
In Cantica canticorum: li.i. Alæ duæ cherubin &c̄.
In epistolā ad hebræos: li.i.
In.vi. Decre.de reli.do. li.i.
Alia quoq; multa dicit̄ opuscula scripsisse: q̄ ad noticiā meā nō venerūt. In gymnasio parisieñ. magistralē cathedrā ascendit. Claruit sub Ludouico impatore quarto. Anno dñi. M.CCCXL.

THomas de Garbo: patria florētin⁹: Dini quōdā medici filius: vir in medicinis doct⁹ et perit⁹: & in philosophorū disciplinis nobiliter instruct⁹: vestigiis eruditissimi patris inhærēs. Edidit ī sua facultate medicis nō spernēda opuscl'a quib⁹ nomē suū cū gl'ia ad posteros trāsmisit. E qb⁹ extat valde no
Summa medicinæ: li.i. (tabilis

Et quædã alia. Claruit temporibus Ludouici Bauari impatoris Romanorũ quarti. Anno domini. M.CCCXL.

ALphonsus epũs Hispalẽsis: ordinis fratrũ heremitarũ sancti Augustini: vir tã in diuinis scripturis q̃ in sæcularib⁹ lr̃is multũ erudit⁹: et inter Ecclĩasticos doctores suo tp̃e celeberrim⁹: ingenio et eloquio clarus. Edidit nõnulla magnæ auctoritat volumĩa: quib⁹ nomẽ suũ etiã posteris notificauit E quib⁹ ego tm̃ reperi: opus subtile et insigne

Super sententias: li.iiii.

De cæteris nihil percepi.

Claruit sub ludouico impatore quarto. Anno dñi. M.CCCXL.

IOhães de Bachone: anglic⁹: ordinis fratrũ btẽ mariæ semp virginis de mõte Carmeli: vir ĩ diuinis scripturis eruditissim⁹: et tã ĩ iure canonico q̃ ĩ philosophia sæculari egregie doct⁹: in gymnasio parisieñ. nõ min⁹ ꝯuersatiõe q̃ scia clarus effulsit: ac deĩde in prouincialẽ angliæ ꝓmot⁹: ordinẽ suo ꝟbo et exemplo strenue gubernauit. Scripsit mlta et insignia volumĩa quibus nomẽ suũ ad posteros transmisit. E quib⁹ ista ferunt

In euangeliũ Matthæi:	li.i.	
In euangelium Marci:	li.i.	
In euangelium Lucæ:	li.i.	
In euangeliũ Iohannis:	li.i.	
In epistolas Pauli:	li.xiiii.	
In Actus apostolorum:	li.i.	
In epistolas canonicas	li.vii.	
In Apocalypsin:	li.i.	
Super sententias:	li.iiii.	
Quodlibeta varia:	li.i.	
Speculum ordinis sui:	li.i.	Filii sanctoꝝ estis hu.
Defensoriũ ordinis sui:	li.i.	Beat⁹ bernard⁹ ĩ quo.
Contra iudæos:	li.i.	
De paupertate christi:	li.i.	
In regulam sui ordinis:	li.i.	

Et alia multa.

Explanatiões insup ędidit: sup libros btĩ Augustini de sctã trinitate: et de ciuitate dei: & Anselmi: Cur de⁹ hõ: & de ĩcarnatõe ꝟbi: ĩ qb⁹ oĩb⁹ ĩgeniũ suũ magnifice exercitauit. Claruit tp̃ib⁹ Caroli ĩperatoris quarti: et Clementis papæ sexti. Anno dñi. M.CCCL.

IOhannes eligerus de Gonderfleuen: natiõe teutonicus: Iohannis de Saxonia clarissimi astronomi quondam auditor: vir in saecularibus litteris eruditissim⁹: philosoph⁹ & astronomus inter omnes sui temporis celeberrimus: ac diuinis scripturis sufficienter imbutus: ingenio subtilis et clarus eloquio. Scripsit in Mathematica scientia non spernenda volumina: quib⁹ nomẽ suum ad posteritatem transmisit. E quibus subiecta ferunt

De cõpositione astrolabii:	li.i.	Rex astrorũ Ptoleme.
De vtilitate astrolabii:	li.i.	Zelo pncipali intelle.
De vtilitate quadrantis:	li.i.	Vtilitates noui qua.
De magnete quoq;:	li.ii.	Tractatur⁹ de magne.
De astrogemetro:	li.i.	Summa roráte nobis.

Et alia plura.

Claruit temporibus Caroli imperatoris quarti: & Clementis papae sexti. Anno domini. M.CCCL.

RVpertus natione Gallus: ordinis fratrũ beatae Mariae semper virginis de mõte Carmeli: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: atq; in philosophia scholastica egregie doctus: ingenio clarus: sermone apertus. Edidit varia in scripturis sanctis opuscula: quibus ingenium suum magnifice exercitans: memoriam nominis sui etiam posteris notificauit. Erat aũt praedicator verbi diuini egregius: et multa scripsit declamatoribus sermonum vtilia. De quibus ista ferunt

Super sententias:	li.iiii.
In epistolas Pauli:	li.xiiii.
Sermones de tempore:	li.i.
Sermones de sanctis:	li.i.

Alia insup multa cõposuit: quae ad noticiã meã nõ venerunt.

CLemens papa sextus: patria Lemouicensis: Petrus Rogerii ante vocatus: abbas Fiscaniẽsis ordinis sancti Benedicti. Sedit in cathedra Petri post Benedictũ duodecimũ: annis decẽ: mensib⁹ sex: vir in diuinis scripturis erudit⁹: & saecularium litterarũ nõ ignarus: iuris canonici doctor insignis: non minus conuersatione q̃ scientia venerandus: in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii fuit. Edidit quaedam praeclara opuscula: quibus viuacitatem ingenii sui ostendit. E quibus feruntur

Sermones varii: li.i.

In canonizatione yuonis:	li.i.	Exulta et lauda habi.
In approbatione Caroli regis:	li.i.	Salomon sedebit sup.
Collationes multæ:	li.i.	
Epistolarum ad diuersos	li.i.	

Et quædam alia.
Moritur Auinione sepultus sub Carolo imperatore quarto. Anno domini. M.CCCLII. Indictione. v.

GRegorius Ariminēsis: ordinis fratrū heremitarū sancti Augustini prior generalis: vir ī diuinis scripturis doctissimus: et in philosophia scholastica multū eruditꝰ: ingenio et eloquio clarus: in gymnasio parisiēsi magnā eruditiōis suæ gl'iam ab oībꝰ ꝯmeruit: quippe q vita & doctrina celeberrimꝰ effulsit. Scripsit nō spernēdæ lectiōis opuscula: de qbꝰ ista ferūt̄ potiora

Super sententias:	li.iiii.
In epistolas Pauli apl'i:	li.xiiii.

Et quædam alia.
Claruit temporibus Caroli quarti imperatoris: & Clementis papæ sexti. Anno domini. M.CCC.ac.L.

PHilippus de Pergamo prior monasterii sctē Mariæ de Auancia in Padua: ordinis sancti patris nr̄i benedicti: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditꝰ: & sæcularis philosophiæ nō ignarꝰ: ingenio præstans et clarꝰ eloquio. Scripsit nōnulla doctrinæ sanæ opuscula: quibꝰ nomē suū ad noticiā posteritatis transmisit. E quibus ego reperi tm̄ volumē magnum

Super Ethicam Catonis:	li.i.	Ad gloriā & laudem.

Sermones etiā scripsisse dicitur: li.i.
Cætera quæ cōposuit ad noticiā nostræ lectionis minime venerūt

IOhannes de Beka: natione teutonicus: clericus ecclesiæ Traiectensis: vir in scripturis sanctis admodū studiosus & doctus: & sæcularis philosophiæ nō ignarus. Edidit q̄dam ingenii sui non contemnenda opuscula: de quibꝰ ego vidi tm̄ opus simplici et aperto sermone conscriptū ad dn̄m Iohannē epm̄ Traiectensis ecclesiæ: & Guilhelmū ducem Hollandiæ: de gestis pontificum Traiectensium: et comitū Hollandinorū: quod a tempore sancti vuillebrordi primi epī vsq3 ad annū domini. M.CCC. ac. XLVI. deducens prænotari voluit

Chronicā Traiecteñ. ecclesiæ:	li.i.	Igit̄ ab anno plasma.

De cæteris nihil vidi.

Claruit temporibꝰ Ludouici quarti:& Caroli similiter quarti imperatorũ. Anno domini. M.CCCL.

FRanciscus Petrarcha:natiõe Ethruscus: vir in diuinis scripturis eruditus:& in sæcularibus litteris oĩm sui tẽporis longe doctissimꝰ:philosophꝰ:rhetor: et poeta celeberrimus:qui litteras hũanitatis post longa silentia mortuas(vt ita dixerim)ab inferis reuocauit ad superos:nõ minus sancta ꝑuersatiõe q̃ scientia clarꝰ emicuit. Amore naq; christi et philosophiæ salutaris vitam solitariam aggressus est:in qua vsq; ad mortẽ meditando:orando et scribendo perseuerans: toto mundo eius fama ferebatur. De cuius opusculis reperi

De vita solitaria:	li.i.	Paucos homines noui
De remediis fortunæ:	li.ii.	Cũ res fortunasq;.
In.vii.psalmos pœnitentiales:	li.i.	
De conflictu curarũ:	li.i.	
De præsenti mundo:	li.i.	
De historia Grisildis:	li.i.	
Bucolicorum metrice:	li.i.	Monice tranquillo.
Epistolarum ad diuersos:	li.viii.	Quidvero nũc agimꝰ.
Africã ad Rupertũ regem:	li.i.	
Vitã Scipionis africani:	li.i.	
De rebus memorabilibus:	li.i.	
De pomeriis ad Sagemor:	li.i.	

Alia quoq; multa ędidit:quæ ad manus nostras minime venerũt Moritur in heremitorio suo agri Patauini sub Carolo imperatore quarto:et Gregorio papa vndecimo. Anno domini. M.CCCLXXIIII. Indictione vero.xii.

MIchael de Massa:ordinis fratrũ heremitarũ s̃cti Augustini:vir ĩ diuinis scripturis studiosus:eruditꝰ:et veterũ lectione diues:atq; ĩ sæcularibꝰ lr̃is nobiliter doctꝰ:ingenio subtilis:eloquio clarus:& sermonũ declamator egregius:vita quoq; et cõuersationis honestate insignis. Edidit multa præclara volumina ad ædificationem fidelium:quibus nomẽ suũ cũ gloria transmisit ad noticiã posteritatis. E quibus subiecta feruntur

Super sententias:	li.iiii.
In Esaiam prophetam:	li.i.
In euangelium Matthæi:	li.i.
In euangelium Marci:	li.i.

In euangelium Lucæ: li.i.
In euangeliũ Iohannis: li.i.
De vita christi: li.i.
De passione domini: li.i.
De quattuor virtutib⁹: li.i.
Sermones varii: li.i.
Et alia multa.
In multos deniq; libros bibliæ cõmentarios elegantes lucubrasse dicit. Claruit tpibus Ludouici quarti: et Caroli similiter quarti iperatorũ: et Clemẽtis papæ sexti. Anno dñi. M.CCCL.

Richardus de Bury: epũs Dilmelmẽsis: Eduardi Anglorũ regis tertii cancellarius: ad quẽ Francisci Petrarchæ de insula Tile interrogãtis extat epl'a: vir in diuinis scripturis studiosissim⁹ et valde erudit⁹ atq; in sæcularib⁹ lr̃is sufficiẽter instructus: librorũ amator singularis & celeberrim⁹: multis expensis et laboribus in vniuersitate Oxoniensi insignẽ bibliothecã fundauit: quã ad publicã vtilitatẽ inibi studentiũ incredibili studio instituit. Scripsit de amore librorũ & institutõe dictæ bibliothecæ pulcherrimũ tractatũ: q iã ipressus est: quẽ græco sermõe ꝑnotauit
Philobiblon: li.i. Thesaurus desiderabi.
Epistolas plures: li.i.
Et quædam alia.
Claruit sub Carolo imperatore q̃rto. Anno dñi. M.CCCL.

Iohannes vualsgrãm: natiõe Anglus: ordinis fratrũ beatæ mariæ virginis de monte Carmeli: vir in diuinis scripturis erudit⁹: et in sæculari philosophia nobiliter doct⁹: ingenio subtilis et acutus: in gymnasio Parisiensi magistrali infula decoratus: legendo et disputando celeberrimus effulsit. Scripsit quædam præclara volumina: quibus nomẽ suum notificauit. De quibus extat opus insigne
Super sententias: li.iiii.
Quæstiones variæ: li.i.
Cætera quæ cõposuisse dicit: ad noticiã meã adhuc nõ venerunt.

Iohãnes de Saxo: ordinis fratrũ minorũ: in scripturis diuinis eruditus: & tam in iure canonico q̃ in philosophia sæculari nobiliter doctus: ingenio subtilis: sermone scholasticus: in declamãdis sermonibus ad populũ prædicator egregi⁹ & suo tpe valde famosus. Edidit nõ spernendæ lectionis quædam

opuscula: quæ ad instructionem simpliciũ sacerdotũ necessaria sũt
E quibus tantum reperi
Summam iuris: li.i.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Claruit temporibus Caroli imperatoris quarti: et Clemẽtis pape sexti. Anno domini. M.CCCL.

THomas de Argẽtina: natione teutonic⁹: ordinis fratrũ heremitarũ sancti Augustini: post Gregoriũ ariminẽsem: prior generalis: vir ĩ scripturis sctis doctissimus: & sæcularis philosophiæ cultor ĩsignis: vita et honestate cõuersatiõs clar⁹: qui ordinẽ suũ verbo et exẽplo mirifice sublimauit. Scp̃sit nõ nulla in scripturis præclara volumĩa: quib⁹ nomẽ suũ ad noticiam posteritatis cũ glĩa trãsmisit. E quib⁹ extat luculẽtissimum opus
Super sententias: li.iiii. Dedit abyssus vocem.
Constitutiones ordinis sui: li.i.
Et quædam alia.
Claruit sub Carolo impatore quarto. Anno dñi. M.CCCL.

IOhãnes Brãmart Aquẽsis: natiõe teutonic⁹: ordinis fratrũ beatæ mariæ semp virginis de mõte Carmeli: prior puincialis inferioris Alemaniæ: vir ĩ diuinis scripturis studiosus et erudit⁹: et sæcularis philosophiæ iuxta consuetudinẽ scholasticorum huius temporis enucleator celeberrimus: ingenio & eloquio clarus: in declamandis sermonibus ad populum doctor egregius. Scripsit pro vtilitate fidelium non spernenda opuscula: quibus ingenium suum exercitãs: nominis sui memoriam ad posteros transmisit. De quibus extant
Super sententias: li.iiii.
Sermones varii: li.i.
Multa etiã alia scripsisse dicit᷑: quæ ad noticiã meã nõ venerunt.

HEnric⁹ de Erfordia: natiõe teutonic⁹: ĩ diuinis scripturis longo studio exercitatus: et nõ mediocriter erudit⁹: atq; in sæcularib⁹ lr̃is egregie doct⁹: ingenio subtilis et clar⁹ eloquio. Scripsit ad ædificationẽ ecclesiæ nõnulla volumia: quib⁹ nomẽ suũ et famã multis notificauit. E quib⁹ fert᷑ opus historiarũ
De factis memorabilibus: li.i.
Et quædam alia.
Claruit temporibus Caroli imperatoris quarti: et Clementis pa-

pæ sexti. Anno domini. M.CCCL.

IOhãnes de Erfordia: natione teutonic⁹: patria thoring⁹ ordinis fratrũ minorũ: doctor in diuinis scripturis illuminatus et peritus: & tam in vtroq; iure q̃ in sæculari philosophia nobiliter et egregie doct⁹. Edidit magnæ auctoritatis plã opuscula: in quibus vim ingenii sui præstantissimi etiã posteritati ostẽdit. E quibus ego vidi tm̃ volumẽ magnũ qd̃ prænotauit

Tabulam iuris:	li. i.	Q m̃ vt scriptũ est. xii.
Summã de casibus:	li. i.	Rogatus a fratrib⁹ q̃.

De aliis nihil vidi.

Fertur aũt elegantes cõposuisse sermones: sed ad me nõ venerunt

IOhannes Tacesphale: natione Anglicus: ordinis fratrũ beatæ mariæ semper virginis de monte Carmeli: doctor diuinarum scripturarum eruditus: et sæculariũ litterarũ nõ ignarus: ingenio subtilis: sermone cõposit⁹: declamator sermonum oĩm suo tpe celeberrimus. Edidit nõ contemnẽdæ lectionis opuscula: quibus ingeniũ vtiliter exercitans nomẽ suũ ad noticiã posteritatis cũ laude transmisit. E quibus subiecta feruntur

Super sententias:	li. iiii.
In Apocalypsin Iohannis:	li. i.
Sermones de tempore:	li. i.
Sermones de sanctis:	li. i.

Et quædam alia.

Claruit in cõuentu suo Noruuicensi: vbi sepult⁹ ĩ pace quiescit.

RVpertus Holkoth: natiõe Anglicus: ordinis fratrũ prædicatorũ: vir in diuinis scripturis eruditissim⁹: et sæculariũ lrãꝝ nõ ignar⁹: ingenio præstãs et clar⁹ eloquio: declamator quoq; sermonũ egregi⁹. Scripsit multa præclara opuscula: quibus nomẽ suũ posteris notificauit. E quib⁹ ista feruntur

Super sententias:	li. iiii.	Vtrũ quilibet viator.
In librũ sapientiæ:	li. i.	Dñs petra mea & ro.
De septẽ peccatis mortalibus:	li. i.	Hæc est via: ambulate
Moralizationes:	li. i.	Theodosius de vita.
De ĩmortalitate aĩæ:	li. i.	
In Cantica canticorum:	li. i.	
In Ecclesiasticũ imperfecte:	li. i.	

Et alia plura.

Moritur ex peste: postea q̃ lecturã sup librũ Ecclesiastici ichoauerat

ſub Carolo imperatore quarto: et Clemente papa ſexto. Anno domini. M.CCCXLIX. Indictione ſecunda.

Nicolaus Dorhin: natiõe Anglicus: ordinis fratrũ beatiſſimæ mariæ ſemper virginis de monte Carmeli: vir in diuinis ſcripturis erudit⁹ et ĩ ſæculari philoſophia egregie doctus: qui in vniuerſitate Oxonieñ. legendo et diſputãdo magnas ab oĩbus laudes cõmeruit. Scripſit nõ ſpernendę lectõis opuſcula: quibus ingenii ſui viuaciſſimi venã omnifariã locupletẽ oſtẽdit. E quibus extant

Super ſententias: li. iiii.
Determinationes quæſtionũ: li. i.
Et quædam alia.

Claruit in gymnaſio Oxonieñ. et varia mltaq; cõſcripſit volumĩa.

Paulus de peruſio: vtriuſq; iuris profeſſor et celeberrim⁹ interpres: atq; in aliis litteris humanitatis egregie doctus: græco et latino ad perfectũ ĩſtruct⁹ eloquio: cuſtos et magiſter bibliothecæ ruperti regis Siciliæ doctiſſimi & ſtudioſiſſimi principis multo tpe fuit. Scripſit quædã præclara opuſcula quibus nomẽ ſuũ notificauit poſteritati. E quibus extat volumen inſigne: in quo multa ſunt et iocunda et vtilia de diis gentilium et aliorum: quod prænotauit

Collectionum: li. i.
Et quædam alia.

Claruit tpibus Caroli ĩpatoris q̃rti. Anno dñi. M.CCCL.

Bonominus natiõe Pergomẽſis: ex Cluſono oppido natus: medic⁹ doctus et oĩm ſuo tpe facile peritiſſim⁹: atq; in ceteris philoſophię diſciplinis nõ mediocriter eruditus: in medendis corporibus humanis expertiſſim⁹. Scripſit in ea facultate non ſpernenda opuſcula: quibus nomẽ ſuũ ad noticiam poſteritatis cum gloria tranſmiſit. Sed ego nihil eorũ vidiſſe me memini. Fertur autem eius

De venenis: li. i.
Queſtionum diuerſarum: li. i.
Et quedam alia.

Claruit temporibus Caroli imperatoris quarti: et Clementis papę ſexti. Anno domini. M.CCCL.

Thilmannus Aquenſis: natione teutonicus: ordinis fratrũ beate Marie ſemp virginis de monte Carmeli: ſa-

crarũ litterarum insignis professor: ingenio præstans et declamator egregius: atq; in philosophia sæculari quã Aristotelicã appellant satis admodũ eruditus. Scripsit ad vtilitatẽ legentiũ nõ ꝯtemnẽda syntagmata: qb⁹ famã nõis sui ad lõgĩquos destinauit. E qb⁹ fert̃ lectura vna singularit̃ notabilis: quã Coloniæ legit publicæ
In euangelium Matthæi: li. i.
Super sententias quoq;: li. iiii.
Sermones etiam et varios in bibliã cõmentarios cõposuisse dicit̃
De quibus cũ sim incertus: nihil certi possum iudicare

BArtholus de saxo ferrato: Cini et Iacobi bothigarii doctorũ quondã auditor et discipulus: iureconsultus celeberrimus: cui in ea facultate similẽ priora sæcula nõ habuer̃t ingenio subtilis et acutus: eloquio comptus et disertus. Edidit q̃dam præclara volumina maxime in legibus: quæ quante auctoritatis hodie sint apud iuristas: nemo vel tenuiter doctus & expert⁹ qui ignorat. E quib⁹ ferunt̃ cõmẽtaria ĩsignia iuris ciuilis subiecta
Super Codice: li. ix.
Super. ff. veteri: li. xxiiii.
Super. ff. nouo: li. xii.
Super. ff. inforciati: li. xiiii.
Super institutis: li. iiii.
Tyberiadis quoq;: li. i.
Consiliorum etiam: li. i.
De Guelphis et Gibellinis: li. i.
Et multa alia.
Moritur sub Carolo impatore quarto: & Innocentio papa sexto. Anno dñi. M. CCCLV. Indictiõe. viii. ætatis suæ ꝟo anno. lvi.

PEtrus thomas: ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: primũ epũs Pacensis: deinde Cretensis archiepũs: nouissime vero patriarcha Cõstantinopolitanus: vir in diuinis scripturis eruditissimus: vita & cõuersatione sanctissimus: quippe qui viuus & mortuus: signis & miraculis multis legitur coruscasse: in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii fuit. Scripsit quædam præclara volumina: de quibus ista feruntur
Super sententias: li. iiii.
Sermones quoq; varii: li. ii.
Et quædam similia.

Claruit temporibus Caroli imperatoris quarti: & Clementis papæ sexti. Anno dñi. M.CCCL. Et in Cypro sepultus est.

BArtholomæus ordinis fratrũ minorum sctĩ Francisci: natione anglicus: vir in diuinis scripturis studiosissimus: & nõ infime doctus: atque in sæcularibus lrĩs sufficiẽter ĩbutus: nec minus religiosa cõuersatione q̃ scientia insignis. Edidit nõ spernẽdæ auctoritatis opuscula: quorũ lectio simplicioribus fratribus necessaria iudicatur. E quibus ego reperi tm̃ volumẽ qđ prænotauit

De proprietatibus rerũ: li.xix. Cũ ꝓprietates rerum.
Sermones varios: li.i.

Alia quoque multa scripsisse dicitur: sed ad manus nostras minime venerunt.

PEtrus Boherius abbas sctĩ Auiani: ordĩs diui prĩs bñdicti: iurecõsultus et sacrarum scripturarum cultor egregius: ingenio subtilis: eloquio clarus: monasticæ disciplinæ moderator celeberrimus. Edidit pro fratrũ suorum ædificatione nonnulla opuscula: quibus nomẽ suũ ad posteros trãsmisit. E quibus repi tm̃

In regulã sancti benedicti: li.i.
In speculũ monachorum: li.i.
De signis locutionũ: li.i.
De cæteris nihil vidi.

Qui cum esset decretorum doctor celeberrimus: regulã sancti patris benedicti: nouo & inusitato expositionis genere commentatus est: omnia illius non solũ capitula: sententias & dogmata: sed etiã quod amplioris industriæ est: verba: consilia et præcepta: iuri pontificio conferens: mirabili subtilitate canonibus patrũ approbauit Claruit temporibus Caroli imperatoris quarti: & Innocentii papæ sexti. Anno domini. M.CCCLX.

IAcobus de Altauilla: natione teutonicus: patria Rinaugiensis: diocesis Moguntinẽsis: sacrarũ litterarũ professor doctissimus: et in sæculari philosophia nobilitꝰ eruditus: ingenio subtilis: sermone scholasticus. Edidit nõnulla ĩ diuinis scripturis insignia opuscula: quibus nomẽ suũ ad posteritatis noticiã destinauit. E quibus ego videre hucusque dũtaxat merui: volumẽ insigne

Super sententias: li.iiii.
Questiones quoque varias: li.i.

Claruit temporibus Caroli imperatoris quarti: & Innocentii papæ sexti. Anno domini. M.CCCLX.

IOhannes de ymenhusen:natione teutonicus:vir in diui nis scripturis eruditus:& saecularium litterarum nō ignarus: ingenio promptus:scientia cautus:et sermone scholasticus:non minus exemplo q̄ verbo doctor insignis. Scripsit nō spernendae lectionis quaedam praeclara volumina: quibus magnifice suum exercitans ingenium:etiam nominis sui memoriam posteris notificauit. E quibus reperi tm̄

Super sententias: li.iiii.
Sermones elegantes: li.i.
De aliis nihil vidi.
Claruit sub Carolo impatore quarto. Anno dn̄i.M.CCCLX.

PEtrus Berthorii:natione Gallus:patria pictauiēsis:prior monasterii sancti Eligii parisiensis: ordinis diui pr̄is benedicti:vir in diuinis scripturis studiosissimus & valde eruditus:atq; in saecularib9 litteris egregie doctus:in declamādis sermonibus ad populū excellentis ingenii:philosophus: historiologus:& cosmographus insignis. Scripsit multa praeclara volumina: quibus nomen suum ad posteritatis noticiā cum gloria trāsmisit. E quibus ista feruntur. Ad Iohannem de pratis epm̄ Penestrinū sacrosanctae ecclesiae Romanae cardinalem: scripsit magnū & egregium opus quod in tribus voluminib9 iam impressum est: praedicatoribus simplicioribus non inutile: quod Dictionariū appellant:sed ipse illud praenotari voluit

Repertoriū morale:	li.iii.	Reuerendo christo pa.
Reductoriū quoq; morale:	li.iiii.	Videte qm̄ nō solū in.
Inductoriū morale:	li.iii.	
Breuiariū historiarū bibliae:	li.i.	Considerans historiae.
Cosmographiam scripsit:	li.i.	
Sermones varios:	li.ii.	

Et alia multa.

Deniq; ad instantiam Iohannis regis franciae:Titum Liuium in gallicam linguam conuertit. Et notandū q͞ triū operū moralium quae primo consignauimus loco:vnūquodq; trib9 magnis voluminib9 cōstat:quorū reductorii moralis vna ps oēs libros bibliae historiales moraliter cōplectēs impressa est:& īcipit a Genesi sic. De us in mūdi creatiōe &c̄. Ferunt ei9 ad diuersos epistolae:& parui sed multi tractat9. Claruit temporib9 Caroli impatoris quarti: & Innocentii papae sexti. Anno dn̄i.M.CCCLX.

IOhannes de Tambacho: natione teutonicus: ordinis fratrum prædicatorū: vir in diuinis scripturis multū exercitatus et doctus: sæcularis quoq; philosophiæ nō ignarus: ingenio præstans: et eloquio scholastico nitore cōpositus. Edidit q̄dam non spernenda volumina: quibus nomē suū posteris notificauit. E quibus ego reperi tm̄ subiecta. Opus grande & non abiiciendum contra sæuientis aduersæ formæ iacula: non minus vtile q̄ iocundum: quod prænotari voluit

Consolationē theologiæ:	li.xv.	Quæcūq; scripta sunt.
De sensibilib⁹ delitiis paradisi:	li.i.	In delitiis paradisi dei.
Sermones ędidit:	li.i.	

Et quædam alia.

Claruit sub Carolo impatore quarto. Anno dn̄i. M.CCCLX.

LEonard⁹ de Chisano: ordinis fratrū minorū sancti Frācisci: quartus et vicesimus minister generalis: ac deide Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis: vir in diuinis scripturis doctissimus: et in sæculari philosophia valde peritus: ingenio subtilis et clarus eloquio. Fert̄ multa ingenii sui monimenta reliquisse: de quibus ego paucissima reperi

Super sententias:	li.iiii.
In Cantica canticorum:	li.i.
Summam notabilem:	li.i.
Sermones varios:	li.i.

Claruit sub Carolo impatore quarto. Anno dn̄i. M.CCCLXX

IOhannes balistarii: patria Cathalan⁹: ordinis fratrū beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: decim⁹ & septimus prior generalis: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: qui ordinē suū opere et sermone annis sedecim strenue gubernauit. Ingenii sui præclara monimēta composuit. E quibus feruntur

Super sententias:	li.iiii.
De bello militantis ecclesiæ:	li.i.
Sermones varii:	li.i.

Et quædam alia.

Opus insigne p̄fatū de bello forti militantis ecclesiæ & antichristi ipsam impugnantis: Gregorio papæ vndecimo dicatū transmisit Moritur temporibus Caroli imperatoris quarti: et Gregorii papæ.xi. Anno domini. M.CCCLXXIIII. Indictione.xii. In cō

uentu suo maioricarum.

IOhannes Bocatius de Certaldo: natione Italus: patria Florentinus: vir in sæcularib⁹ lr̃is oĩm sui tp̃is facile doctissim⁹: & diuinarũ scripturarũ nõ ignar⁹: poeta: philosophus et astronom⁹ celeberrim⁹: ingenio subtilis: eloquio disertus Edidit multa præclara volumia: quib⁹ nomẽ suũ ad noticiã posteritatis duxit: de quib⁹ subiecta ferũt. Ad Robertũ regẽ Siciliæ

De genealogia deorũ:	li.xiiii.	Si satis ex relatis dñi.
De illustribus viris:	li.i.	Exquirenti mihi quẽ.
De claris mulieribus:	li.i.	Pridie mulierũ egre.
De hæresibus boemorũ:	li.i.	
De victoriis Sigismundi:	li.i.	
De bellis imperatorum:	li.i.	
De montibus.	li.i.	Surrexerã quidẽ fessus
De fontibus:	li.i.	Postq̃ de montibus &.
De fluminibus:	li.i.	Figmẽto poetico tra.
De bellis florentinorum:	li.i.	
De rebellione terrarũ ecclĩæ:	li.i.	
De victoria tartarorum:	li.i.	
De stagnis et paludibus:	li.i.	Ei si nõnunq̃ e stagnis.
De nominibus maris:	li.i.	Modica laboris assũ.
Bucolicorum:	li.i.	Tyndare nõ satius fue.
De constantinopoli capta:	li.i.	
Epistolarum ad diuersos:	li.i.	

Et alia multa.

Vernacula aũt lingua multi eius extãt libri: iocis et vanitatibus pleni: sicut liber Cẽtũ nouo℞: Corbati⁹ & Philostrat⁹. Morit̃ sub Carolo imp̃atore quarto: et Gregorio papa vndecimo. Anno dñi M.CCCLXXV. Indictione.xiii. ætatis suæ.lxii.

IOhãnes Hildenshemẽsis: natione teutonic⁹: ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: in scripturis sanctis eruditus: & in sæcularibus litteris nobiliter doctus: theologus: philosophus et poeta insignis: ĩ declamandis sermonibus ad populũ excellentis ingenii fuit. Hic beati Petri thomæ generalis: viri sanctissimi cuius supra fecimus mentionẽ: in Auinione olim familiaris et deuotus minister fuit. Scripsit metro et prosa multa præclara opuscula: quibus nomen suũ cũ gloria transmisit ad posteros. E quibus subiecta ferunt. Ad Florẽ

tium epm monasteriensem ędidit prolixum volumen

De tribus sanctis regibus:	li.i.	Cũ venerandissimorũ.
Chronicam historiarũ:	li.i.	
Defensoriũ sui ordinis:	li.i.	
De monstris in ecclesia:	li.i.	
De fonte vitæ:	li.i.	
De antichristo:	li.i.	
Contra iudæos:	li.i.	
In turpia pingentem:	li.i.	
Epistolarũ octoginta:	li.i.	
Sermones varios:	li.i.	

Et quædam alia.

Claruit temporibus Caroli imparatoris quarti. Anno domini. Millesimo. CCCLXX

IOhannes Maronis: natione anglicus: ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: vir i diuinis scripturis eruditissimus: et i seculari philosophia subtiliter doctus: ingenio præstãs: & disputator quæstionum scholasticarum egregius. Composuit quædam ingenium suum cõmẽdantia clara opuscula: quibus nomen suũ etiã posteris notificauit. E quibus fertur opus insigne quod prænotauit

Tabulam originalium:	li.i.
Contra Vuikleffitas:	li.i.

Et quædam alia.

Claruit in gymnasio Oxoniensi: vbi docendo: disputãdo & scribẽdo magnã ab oĩbus laudẽ cõmeruit: eo ferme tpe quo errores Iohãnis Vuikleffi p archiepiscopũ Canthuarieñ. cõdemnati sunt.

IOhãnes Golein: patria Normãnus: ordinis fratrum beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: prior cõuentus Rothomagensis: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: atq; in sæcularibus litteris sufficienter doctus: ingenio subtilis et clarus eloquio. Scripsit non contemnendæ auctoritatis opuscula: quibus nomen suum ad noticiam posteritatis transmisit. E quibus extat opus insigne

Super sententias:	li.iiii.	
Super officio missæ:	li.i.	Cantate dño cãticum.
Quæstiones variæ:		

Alia insup nõnulla ędidit: quæ ad man⁹ nostras minime venerũt.

Henric⁹ de Dolēdorp: ordinis fratrū beatæ Mariæ semper virginis de mōte Carmeli: vir in diuinis scripturis longa exercitatione doctus: et disciplinis mundanæ philosophiæ quā Aristotelicā vocant ad perfectū instructus: ingenio acutus: & ad disputandas enodandasq; quæstiones scholasticas p idoneus. Scripsit ad instructionem legentium quædā præclara volumina. E quibus ego reperi tm̄

Super sententias: li.iiii.

De cæteris nihil reperi

Claruit temporibus Caroli imperatoris quarti: & Vrbani papæ quinti. Anno domini. M.CCCLXX.

Gallus abbas monasterii Aulæ regiæ ĩ boemia: ordinis vt ferunt Cistercienſium: natione Germanus: vir in diuinis scripturis longa exercitatione peritus: & veterum lectione diues: diuinarum rerum contemplator egregius: ingenio subtilis: eloquio apertus et compositus: conuersatione vite regularis quoq; insignis. Edidit ad fratrum suorum ædificationē quædā præclara volumina: quibus nomen suum ad noticiam posteritatis destinauit. E quibus extat dialog⁹ inter patrem et filium magn⁹ & insignis quem prænotauit

Malogranatum: li.iii. Fili accedens ad serui.

Sermones ad fratres. li.i.

Huius voluminis malogranati magnus hodie est vsus apud religiosos & vere deuotos: quia conueniens est incipientibus: proficientibus et perfectis.

Richardus archiepiscop⁹ Ardmacensis & primas Hyberniæ: vir in diuinis scripturis eruditus & sæcularis philosophiæ iurisq; canonici nō ignarus: ingenio clar⁹: sermone scholasticus: in declamandis sermonibus ad populum excellentis industriæ. Scripsit ingenii sui nōnulla opuscula: quibus nomen suum ad posteros transmisit. Hic cum aliquando de materia mendicitatis prædicaret populo: nouem conclusiones protulit: quibus offensi fratres ordinum mendicantium: ad sedem apostolicam coram plebe appellauerunt. Comparētibus ergo tam archiepō q̄ fratribus in Auinione coram papa Innocentio sexto & cardinalibus anno dn̄i. M.CCCLVII. octaua mensis Nouēbris. Richardus archiepūs publice protulit: legit & pronunciauit earundem

Propositionū suarum: li.i. Nolite iudicare sm.

Sermones etiam scripsit: li.i.
Quæstiones sententiarum: li.i
Et quædam alia.
Claruit temporibus Caroli imperatoris quarti: et Innocentii papæ sexti. Anno domini. M.CCCLXX.

MAtthæus de Cracouia: natõe Polon⁹: vir in diuinis scripturis eruditus: & sæcularis philosophiæ nõ ignarus: ingenio promptus: eloquio scholasticus: qui in gymnasio Pragensi magistrali cathedra sublimat⁹: magnã ab oĩbus doctrinæ suæ laudẽ ꝯmeruit. Scripsit multa præclara opuscula: de quib⁹ tamẽ pauca ad manus nostras peruenerũt. Vidi eius ad Henricũ epm̃ Vuarmiensis ecclesiæ non abiiciendum opus de prædestinatione: et quod deus omnia bene fecerit: cui⁹ dialogi interlocutores sunt pater et filius: quem prænotauit

Rationale diuinorũ operum: li.vii. Vellẽ declarari quõ.
De cõtractibus quoqꝫ: li.i. De translatõe rerũ tp̃a.
De celebratione missæ: li.i.
Ad episcopum Vuarmieñ. li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Sermones et collationes.

Claruit primo in studio Pragensi: inde cũ pelleret̃ cũ aliis teutonibus ab Hussitis ad tempus in Parisieñ. gymnasio litteras docuit.

IOhannes Fust: natione teutonicus ex oppido Crutzennach: in comitatu Spanhemensi oriundus: ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: prior Argentinensis: vir in diuinis scripturis eruditus: & secularium litterarum non ignarus: in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii. Scripsit ad instructionem simplicium prædicatorum cum adhuc lector esset in conuentu Crutzennacensi non spernenda opuscula: quibus nomen suum ad noticiam posteritatis trãsmisit. E quibus vidi tm̃

Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Sermones ferial. p q̃dragesimã: li.i.

De cæteris aũt quæ composuit: ad manus nostras nihil vsq̃ peruenit. Claruisse perhibetur Crutzennachi circa tempora Caroli imperatoris quarti. Cuius sermones dicti Fustgin in conuentu Crutzennaceñ. originales habentur.

GErardus magnus Dauantriensis: natione teutonic⁹: diocesis Traiectensis: vir tam in diuinis scripturis q̄ in iure canonico egregie doctus: ingenio subtilis: sermone scholasticus: qui domum fratrum quos de communi vita nuncupant: Dauantriae primus instituit. Scripsit non spernēdae lectionis plura opuscula: quibus ingenium suum exercitans nomē suū ad noticiam posteritatis transmisit. Erat em̄ non solum doctrina: sed etiā vita religiosa & laudabili conuersatione in tota Germania nominatus. De cuius opusculis ista feruntur

De contractibus et vsuris: li.i.
De institutione nouitiorū: li.i.
De locatione curae pastoralis: li.i. Quaerit᷑ an quis possit
De conuersatione interna. li.i.
De regimine monialium: li.i.
De incōmoditatib⁹ m̄rimonii: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Sermones varii: li.i.
Et alia multa.

Morit᷑ sub vuencislao imperatore: & Vrbano papa sexto. Anno dn̄i. M.CCC.LXXXIIII. Indictōe. vii. aetatis suae. xliiii. anno

GVilhelmus Calissordiēsis: natione anglicus: ordinis fratrum beatissimae Mariae semper virginis de mōte Carmeli: in diuinis scripturis eruditissimus: & saecularis philosophiae cultor egregius: in declamandis sermonibus ad populū excellentis & validi ingenii. Scripsit praedicatoribus diuini verbi non spernenda opuscula: quibus nomen suū multis reddidit cognitum. De quibus extant: notabilis

Lectura quaedam: li.i.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.

Claruit in gymnasio Canthaberiensi in anglia: vbi scribendo: docendo & disputando: magnā eruditiōis suae gloriā comparauit.

FRanciscus Martini: ordinis fratrū btē mariae semꝑ virginis de monte Carmeli: natiōe Cathalan⁹: vir in diuinis scriptis eruditus: et saecularis philosophiae nō ignarus: ingenio subtilis et declamator egregius. Edidit praeclarum & multa diligentia instructum volumē de sancta et purissima conceptione gloriosae dei genitricis & virginis Mariae: qd̄ ꝑnotauit

Compendium: li.vii.

Et quædã alia. Claruit in conuentu barchinonẽsi: vbi præfatũ aureũ opus se compilasse in eius capite fatet̃ tp̃ibus vuencislai imparatoris: & Bonifacii papæ noni. Anno dñi. M.CCCXC.

IAcob⁹ de Lusanna ordinis fratrũ prædicatorum sancti Dominici: & cuiusdã vrbis (vt ferunt) ep̃us: vir ĩ diuinis scripturis studiosissimus & longa exercitatione peritus: ĩgenio promptus: sermone scholasticus: in declamãdis sermonib⁹ ad populũ satis egregius. Scripsit nõ cõtemnẽdæ vtilitatis opuscula: quibus nomẽ suũ posteris notificauit. E quibus feruntur

In Genesim:	li.i.	In principio creauit de.
In Exodum:	li.i.	Veniã ad te &c̃.
In Leuiticum:	li.i.	
In librũ Numeri:	li.i.	
In Deuteronomium:	li.i.	
Sermones de tempore:	li.i.	Sicut in die honestate.
Sermones de sanctis:	li.i.	Christo cõfixus sum.
Sermones quadragesimal'.	li.i.	

Alia insup multa ędidit: lecturas in sacris codicib⁹: collatiões: determinationes: variosq; tractat⁹: qui ad man⁹ nostras nõ venerũt

COnradus de Altzeya oppido: moguntinẽsis diocesis ĩ palatinatu: tribus milibus a vuormacia distante: natõe teutonicus: vir in diuinis scripturis erudit⁹: & in sæcularib⁹ litteris egregie doctus: philosophus: poeta: et mathematicus suo tempore inter germanos celeberrimus: ingenio subtilis: & clarus eloquio: carmine excellens et prosa. Scripsit vtroq; stilo quædã p̃clara opuscula: quibus nomẽ suũ notificauit. E quibus extat volumẽ versibus et rythmis pulchra varietate depictũ: de sanctissima & purissima dei genitrice Maria: & redemptione generis humani prænotatum

Figurarum opus:	li.i.
Epistolarũ ad diuersos:	li.i.
Carminum quoq;:	li.i.

Et alia multa. Claruit circa tempora Caroli quarti imperatoris. Anno domini. M.CCCLXX.

STephanus Petringoñ: natione Anglic⁹: ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: viri diuinis scripturis eruditus: & sæcularis philosophiæ nõ

ignarus: ingenio subtilis: & disputator acutissim⁹: atq; in declamã dis sermonib⁹ ad populũ valde clarus. Edidit nõ sperneda opuscula: quib⁹ nomẽ suũ ad multorũ noticiã deduxit. E quibus sunt
Contra vuikleffitas: li.i.
Repertoriũ argumentorum: li.i.
Lectura quædam notabilis: li.i.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Et alia non pauca.
Claruit in vniuersitate Oxonieñ. eo tempore quo Iohannes vuikleff exustus fuit.

BErtramus epũs Thefelicẽsis: ordinis fratrũ prædicatorũ natione teutonicus Metensis epi in pontificalib⁹ vicarius: vir in diuinis scripturis eruditus & inter doctores suĩ temporis famosissimus: ingenio præstans et clarus eloquio: declamator quoq; sermonum egregi⁹. Scripsit ad Cunonem archiepm Treuerensem: insigne opus prænotatum
De illusionibus demonũ: li.i. Reuerendissimo ĩ xpo.
Ad eũdẽ de scismate: li.i. Gloriã sapientes possi.
Sermones varios: li.i.
Et alia plura.
Moritur sub vuencislao imperatore: & Vrbano papa sexto. Anno domini. M.CCCLXXXVII. xiii. Cal. Februarii. Indictione. x. Sepultus in conuentu suo Confluentino.

THomas Lombe: ordinis fratrũ beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: natione Anglic⁹: vir ĩ scripturis sanctis lõga exercitatiõe et cõtinuo studio doct⁹ & philosophorũ præceptis probe instruct⁹: subtilis et acer ingenio qui in gymnasio Oxonieñ. magistralẽ adeptus cathedrã eruditionis suæ laudes ingentes cõmeruit. Scripsit egregium opus
Super sententias: li.iiii.
Contra Lollardos: li.i.
De incarnatione domini: li.i.
Sermones quoq;: li.i.
Et varias quæstiones:
Et quædam alia.
Claruit in vniuersitate Oxonieñ. eo potissimũ tpe quo Iohannes vuikleffus in Anglia exhumatus & publice combustus est.

PHilippus Riboti: natione Cathalanus: ordinis fratrũ btẽ mariæ semper virginis de monte Carmeli: et prior prouincialis Cathalanie: vir in scripturis sanctis studiosus & eruditus: & secularium litterarũ nõ ignarus: vita et cõuersatione quoq; venerabilis: ordinisq; Carmelitani amator et custos egregius Scripsit pro edificatione fratrũ suorũ nõ cõtemnenda opuscula: quibus zeli spiritalis feruorẽ erga religionẽ suam ostendẽs: etiã posteris nois sui memoriã cõmendauit. E quibus extat volumẽ nõ abiiciendũ de ordinis sui prima institutione: dilatatione & confirmatione: quod prænotauit de gestis

Carmelitarũ pecularibus li.x. Cũ populũ israelitici.
De illustribus viris car. li.i.
Sermones et epistole.
Alia insup plura cõposuit: q̃ ad noticiã meam non venerunt.

NIcolaus Ritzonis: patria Tholosanus: ordinis fratrũ btẽ marie semp virginis de mõte Carmeli: & prior prouincialis in regno Siciliæ: vir doctus: vita et cõuersatiõe p̃clarus: & declamator sermonũ egregius: ingenio subtilis: sermone luculentus. Edidit nonnulla in scripturis opuscula: quorũ lectio p̃dicatoribus verbi nõ erit contemnẽda. De quibus feruntur

Sermones de tempore li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Quadragesimale duplex: li.ii.
De cæteris q̃ composuit: ad noticiã meã adhuc nihil peruenit.

HEnricus de kalkar: natione teutonicus: ordinis Carthusiensis: & prior domus sctẽ Barbaræ in Colonia agrippina: vir in diuinis scripturis illuminatũ habẽs ingeniũ sæculariũ quoq; lrãꝝ nõ ignarus: vita et conuersatiõe spectabilis. Edidit nõ spernẽde lectionis opuscula: quorũ vsus religiosis & deuotis fratribus admodũ vtilis iudicatur. E quibus ista feruntur

Exercitatoriũ monachale: li.i.
Loquagiũ de Rhetorica: li.i.
Cantuagiũ de Musica: li.i.
De ortu ordinis sui: li.i.
Et quædã alia: ad purgationẽ cõscientiarũ maxime ptinẽtia. Claruit sub vuẽcislao impatore. Anno dñi. M.CCCXC.

RIchardus Maydescon. ordinis fratrũ btẽ Marię semper virginis de monte Carmeli: natiõne Anglicus: vir in

diuinis scripturis eruditissimus: et ĩ philosophia sæculari (quã aristotelicã vocãt) egregie doctus: ingenio clarus: sermone scholasticus: & declamator insignis. Scripsit multa cõmendanda opuscula quib⁹ nomẽ suũ ad noticiã posteritatis trãsmisit. E quib⁹ ego repi

Contra Lolhardos vuikleff. li.i.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Cætera me latent.

Claruit ĩ gymnasio Oxonieñ. eo potissimũ tpe: quo hæresis Iohãnis vuikleffi pullulare incepit in Anglia: & varia scripsit.

MArsilius de Ingen: natione anglicus: vir in diuinis scripturis eruditissimus: et in sæculari philosophia nobilissime doctus: primus Heydelbergensis gymnasii plãtator: quod Rupertus dux Bauariæ ac comes Palatinus Rheni instituens magnifice dotauit: & Vrbanus papa sext⁹ instar parisiorũ confirmauit: canonicus etiã (vt vuimphelingus testat̃) & thesaurarius ecclesiæ sancti Andreæ Coloniensis. Edidit nõ spernenda opuscula: quibus nomẽ suũ posteris notificauit. E quibus in bibliotheca Heydelbergeñ. hodie manu sua scripta habent̃

Quæstiones sententiarum: li.iiii.
Dialectica notabilis: li.i.
Cõmentarioꝝ in Aristotelem: li.plures.
Et quædam alia.

Moritur sub vuencislao ĩpatore: et Bonifacio papa nono. Anno dñi. M.CCCXCIIII. xiii. Cal. septembris. Indictiõe. ii. Heydelbergæ sepultus in ecclesia sancti Petri. Sunt qui scribãt eũ Germanum fuisse: quibus ego liberũ concedo iudiciũ. Cõstat aũt ꝙ de gimnasio parisieñ. heydelbergã fuerit euocat⁹ ꝓ vniuersitatꝭ initio

IOhannes monachus Castellensis cœnobii: in diocesi Eystetensi: ordinis sancti Benedicti: natione teutonicus: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: ac sæcularium litterarũ nõ ignarus: ingenio excellens et disertus eloquio: theologus: philosophus et rhetor insignis. Scripsit multa et præclara volumina: quibus nomẽ suũ ad posteritatis noticiã transmisit. E qb⁹ ego reperi dũtaxat: opus magnũ et clarissimũ in duobus voluminibus partitum quod ingenti et commendabili studio edidit

Super regulã sancti benedicti: li.ii.
Breuiarium bibliæ: li.i.

Sermones de tempore: li.ii.
Sermones de ſanctis: li.i.
De paſſiõe dñi ſermones.xlii. li.i.
Epiſtolarum ad diuerſos: li.i.
Alia inſuper multa ędidit:quæ ad noticiam meam adhuc non venerunt.

CONradus de monte Puellarum:natione teutonicus:Ratiſponenſis eccleſiæ canonic⁹:vir in diuinis ſcripturis eruditus:et in ſæculari philoſophia doctiſſimus:ingenio ſubtilis et clarus eloquio. Primo in gymnaſio Erfordenſi rudiméta liberalium artium hauriens:ſe deinde ad vniuerſitatẽ Pariſienſem contulit:vbi philoſophiam et ſacras litteras publice per octenniũ ſcholaribus lectitans:doctoratus infulam conſecutus eſt. Scripſit ad dñm Lupoldum epm̃ Bambergenſem grande et nobile opus quod prænotauit ſm̃ græcos

Iconomicam: li.iii. Oẽs moralis philoſo.
Monaſticam ad ducẽ Auſtriæ: li.i.
Politicam quoq;: li.i.
Quæſtiones varias: li.i.

Et alia multa. Claruit temporibus vuenciſlai imperatoris: & Vrbani papæ ſexti. Anno domini. M.CCCXC.

HEnricus Boyc:natione brito: ex dioceſi Leonenſi: ſicut in principio ſui operis ſup Decretalibus teſtať:vir in iure canonico eruditiſſim⁹:& ĩ philoſophia ſcholaſtica nobiliter doctus:ingenio preſtans et clar⁹ eloquio:diffuſus & copioſus ſentẽtia. Scripſit in ea facultate nõ ſpernẽda volumĩa:quib⁹ nomẽ ſuũ ad noticiam poſteritatis tranſmiſit. E quib⁹ ſubiecta ferũť

Super Decretalibus: li.v. Venerabilibus et diſ.
Super.vi.decretalium: li.i.
Super Clementinis: li.i.

Ferť etiã cõmentarios in Decretis ędidiſſe: alioſq; de diuerſis materiis varios tractatus:qui ad manus noſtras minime venerunt.

IOhannes Ruſbrock:prior canonicorum regulariũ Viridis vallis in brabancia:cameracenſis dioceſis:natiõe teutonicus:vir(vt ferũt)deuot⁹:ſed parũ lr̃atus. Scripſit patrio ſermone ad ædificationẽ ſimpliciũ quædã opuſcula:q̃ per aliũ poſt eius in latinũ cõuerſa:in certis optima: in quibuſdã vero a doctoribus ferunť eſſe erronea. Et de his Iohãnes de Gerſon cancel-

larius Parisiensis auisameta cōposuit. E quibus ista ferunt
De ornatu nuptiarū spiritaliū: li.iii. Ecce sponsus venit ex.
De profectu religiosorum: li.i.
Epistolas exhortatorias: li.i.
Et quaedam alia.
Claruit temporibus vuencislai imperataris: & bonifacii papae no ni. Anno domini. M.CCCXC.

BAptista de sctõ Blasio de padua: vir in vtroq; iure peritissimus: et philosophorꝝ eruditõe p̃clarus: ingenio subtilis & ornat' eloqo: qui ĩ patauino gymnasio iura publice & egregie docuit: vbi magnã discipulorum copiã erudiuit. Scripsit ĩ ea facultate quædã præclara opuscula: quibus ingenii vim præsentibus et posteris ostendit. E quibus legi

De priuilegiis dotalibus:	li.i.	Q m̃ circa dotes multa
Correlatiuorum quoq;:	li.i.	In hoc ope correlatiuo.
Quæstiones de arbi.c.	li.i.	In christi noĩe.a.Q m̃.
Sup prima rubrica decre.	li.i.	In noĩe dñi nr̃i iesu xp̃i

Scripsit et alia.

Cõpleuit hęc ipsa opa ĩ gymnasio Patauino: sub Frederico ĩpatore tertio: et Sixto summo põtifice quarto. Anno dñi. M.CCCCLXXX. Indictiõe.xiii. Et credo eũ adhuc esse supstitem

MArcus Antonius Sabellicus: vir vndecũq; doctissim': philosophus: orator et poeta oĩm nr̃æ tempestatis celeberrimus: Venetias sua eruditione et libris exornãs: ĩgenio excellẽs: sermone disertus: vtriusq; linguæ peritus: ad quem Hermolaus barbarus archiepũs Venetus: Aquilegiensis patriarcha librum de præceptis historiæ conscribendæ olim composuit. Scripsit tam metro q̃ prosa quædam præclara volumina: quibus nomini suo memoriam perpetuam apud posteritatẽ cõparauit. De quibus ego vidi subiecta. Ad senatum Venetũ opus celeberrimũ ab initio vrbis continẽs

Historiam et gesta Venetorũ:	li.xxxiii.	Scriptur' ego ab vrbe.
De vetustate Aquilegieñ.p̃riæ	li.vi.	Et si ex omni scriptorꝝ
In munitionẽ sontiacã car.	li.i.	Fundit illyricis rapi.
In Cædem sontiacã car.	li.i.	Quo præceps fortuna.
In Carnicũ incendium.	li.i.	Iã fusis profecta rotis.
In naufragiũ cymbæ Petri:	li.i.	Fluctuat alma ratis.
De rerũ artiũq; inuentoribus:	li.i.	Inter grata soles studii
In originẽ Vtini: carm̃.	li.i.	Hæc spanciatis humi.
In laudẽ sctẽ mariæ: eleg.xiiii.	li.i.	Virginis alma dies.

De cæteris nihil vidi.
Claret hodie apud Venetos maximo in pręcio: multa ac varia cõponens: sub Maximiliano Romanorũ rege: et Alexandro papa sexto. Anno dñi quo hæc scribimus. M.CCCCXCIIII.

HVbertus Leonardus: epũs Dariẽsis: ordinis fratrũ beatæ Mariæ semp virginis de monte Carmeli: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: et sæcularis lrāturæ nõ ignarus: ingenio præstãs: et clarꝰ eloquio: qui olim in gymnosio Parisiensi theologiã egregie docuit. Scripsit multa cõmẽdatissima opuscula: quibꝰ nomẽ suũ notificauit cũ glĩa. De quibꝰ subiecta ferunt. De Genealogia nobiliũ Francorũ et gestis eorum

Ad Ludouicũ epm Leodieñ. li.i.
In euangelium Lucæ: li.i.
De regimine principum: li.iii.
De imunitate ecclesiastica: li.iii.
Cõtra hæreticos Niuelleñ. li.i.
Sermones varii: li.i.
Quadragesimale notabile: li.i.
Et alia complura.

Hic cũ esset inquisitor hæreticæ prauitatis contra quosdã hæreticos Niuellẽses per diocesim Leodiensem: gladio sancti spũs eos confutauit et vicit: scribens præfatũ opus celeberrimũ octo et viginti propositiones principales continens: in quo totidem articulos eorum erronios fortiter: ac diserte oppugnãs reprobauit. Claruit in Germania vnde et orimdus fuit: sub Frederico imperatore tertia: & innocẽtio papa octauo. Anno domini. M.CCCCXC. Et credo eum adhuc viuere.

GAbriel Byel: natione teutonicꝰ: ordinis eorũ q se fratres de cõmuni vita: vel in cõmuni viuentes appellãt: vir ĩ diuinis scripturis eruditus: et in sæculari philosophia egregie doctus: ingenio excellẽs: vita et cõuersatiõe præclarus: q gymnasio Thibingensi ab exordio suæ institutiõis præfuit annis multis: vbi tã in philosophia q̃ in sacris litteris multos discipulos erudiuit. Scripsit quædã nõ spernendæ auctoritatis opuscula: qbꝰ nomẽ suũ notificauit. E quibꝰ ordinarie legit in præfato gymnasio

In canonem missæ: li.i. Præmissa in cubiculo.
De passione dñi scripsit: li.i.
Sermones quoq; varios: li.i.

Et quædam alia.

Claret hodie senex prouecteq; ætatis apud comitē vuirtenbergē-sem maximo in precio: et quædam scribere dicitur: sub Maximiliano Romanorum rege: et Alexandro papa sexto. Anno domini quo hæc scribimus. M.CCCCXCIIII.

GEorgius de Gemmyngen: natione teutonicus: præpositus et canonicus Spirensis insignis ecclesiæ: vir doct⁹ & nobilis: vtriusq; iuris professor: et celeberrimus interp̄s: ac in ceteris bonarū artiū disciplinis egregie peritus: philosophus & rhetor præclarus: ingenio subtilis et disertus eloquio: metro excellens et prosa. Scripsit quædā præclara opuscula: quibus ingeniū suum laudabiliter exercitans: nomen quoq; suum posteritati notificauit. Celat tamē quæ scribit: vt typum inanis gloriæ fugiat: vel ea quæ scripsit lima maturioris examinis castiget. E quibus tamē nobis subiecta innotuerunt

De ratione duelli:	li.i.
De machinis bellicis:	li.i.
De cura equorū et militum:	li.i.

Orationes quædam.

Multas præterea epistolas tam ad me q̄ ad alios edidit: quib⁹ q̄ntum valeat: tum eruditione: tum eloquentia: tūq; multarū rerū experientia facile deprehenditur ab eo qui eas legerit. Claret ætate virili in ciuitate Spirensi: sacris litteris intentus: ac varia scribens sub Maximiliano Romanorum rege: et Alexandro summo pōtifice sexto. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

IOhannes Venet⁹: ordinis carthusiensiū: dom⁹ diui Andreæ apl'i de Litore apđ Venetias: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: ingenio præstās: vita et conuersatione deuotus: et regularis obseruātię cultor exími⁹. Scripsit ad instructionē simpliciū nō cōtemnenda opuscula: quibus nomē suū notificauit. E quibus extat opus præclarum: quod prænotauit

Nosce te:	li.iii.	Cū nihil iocūdi⁹: nihil.
De patientia et humilitate:	li.i.	Frēs i christo charissi.
Speculum morientiū:	li.iii.	More bonorū parentū
Corona quoq; senum:	li.i.	Dum mens humana.
Sermones varii:	li.i.	
Epistolæ plures deuotę:	li.i.	

Et quędam alia.

Claruit Venetiis sub Frederico imperatore tertio: & Sixto papa quarto: et compleuit præscripta opera. Anno domini. M.CCCC LXXX. Indictione. xiii. Et incertũ habeo an adhuc viuat.

IOhannes de Mylbach: natione teutonic⁹: vir in diuinis scripturis studiosus et erudit⁹: et sæcularis quoq; philosophiæ nõ ignarus: ingenio clarus: sermone scholasticus: q olim in gymnasio Erfordensi theologiam multo tempore gloriose docuit: et plurimos ĩ ea facultate discipulos erudiuit. Scripsit nõ nulla præclara opuscula: quib⁹ ingeniũ suũ magnifice exercitauit: & noticiã sui posteritati cõmẽdauit. De quibus ordinarie legit

In epistolas Pauli: li.xiii.
Sermones varios: li.i.
In laudibus sancti Hieronymi: li.i.
Quæstiones diuersas:
Et quædam alia.

Claret Erfordie senex et debilis: præbẽdarius in cœnobio scti Petri. Anno dñi quo hæc scribimus. M.CCCCXCIIII.

IOhannes de Arundine: natione teutonicus: epũs Vsbitẽn. ordinis fratrũ beatæ Mariæ sempervirginis de mõte Carmeli: Dauidis de burgundia traiectensis episcopi in pontificalibus vicarius: vir in diuinis scripturis eruditus: & sæcularis philosophiæ nõ ignarus: declamator sermonũ egregius: ingenio subtilis: vita et conuersatione præclarus. Scripsit multa pręclara volumina: quibus nomen suum notificauit. De quibus ferun tur subiecta. Lectura notabilis

In librum sapientiæ: li.i.
In epl̃am Pauli ad Romanos: li.i.
In beati immaculati sermones: li.i.
Sermones de tempore: li.i.
Sermones de sanctis: li.i.
Et quædam alia.

Claruit apud Traiectum: sub Frederico imperatore tertio: & Innocentio papa octauo. Anno domini. M.CCCC.ac.XC. Et credo eum adhuc haberi superstitem.

GEorgius valla placẽtinus: vir vndecũq; doctissimus: philosophus: rhetor et poeta celeberrimus: ingenio excellẽs & disertus eloquio: qui totã italiã sua doctrina modo exornans: Venetiis vtramq; linguã florẽtissime docet. Scripsit mul

ta pclara volumina: quorũ elegãtia & vtilitate eruditos viros oĩs debitores sibi merito sentiat & obnoxios. De qb⁹ extant subiecta

De orthographia: li. ii.
De quantitate syllabarum: li. i.
De figuris oratorũ & poetarũ: li. i.
In Ciceronẽ de vniuersitate: li. i. Platonis liber qui Ti.
In eundem de fato: li. i. De fato Ciceronis.
In Topicorũ li. eiusdem: li. i. Obseruantia pcipuaq.
In Rhetoricam ad herẽniũ: li. i.
In Iuuenalem: li. i. Prospecta pridẽ mihi.
In poeticam Horatii: li. i.
De ratione differendi: li. ii.
De reb⁹ expetendis et fugiẽdis: li. i.
Epistolarum ad diuersos: li. i.
Orationes variæ:
Et alia complura.

In latinũ vertit ex græco: opusculũ Aristotelis de virtute. Eiusdẽ Ethicorũ libros duos. Opus quoq Nemesii philosophi christiani: de natura hominis. Libellũ etiã Athenagoræ philosophi acutissimi: de resurrectiõe. Librũ quoq dialectices Brissonis. Tractatũ insuper Galieni medici de hæresib⁹ medicorũ. Eiusdẽ ĩtroductoriũ ad medicinã. Problematũ qq Allẽdri: libros qtuor. Et alia mlta.

IOhannes Camerarius de Dalburg: epũs vuormaciẽsis: natione teutonicus: iurecõsultus celeberrimus: & tã ĩ diuinis scripturis q̃ in secularibus litteris eruditissim⁹. Rudolphi agricolæ viri doctissimi quõdã auditor: in vtraq lingua peritus: rhetor et poeta clarissimus: ingenio subtilis: eloquio disertus & multa rerũ experientia insignis: nobilitatẽ generis sui moribus & doctrina magnifice illustrans. Scripsit et scribit tam metro q̃ psa quædam excellentis ingenii opuscula: quæ necdum in lucẽ veniре passus est: propterea q reipublice negociis occupatus: ea nõvsq adeo vt sui propositi erat perficere potuit. E quib⁹ tamẽ aliqua nobis innotuerunt. Carmen saphi.

De morte Rudolphi agricolæ: li. i.
De moneta quoq: li. i.
Oratio corã Innocẽ. papa. viii. li. i.
Carmina et orationes variæ:
Et plures elegantissimę epistolę.

Claret hodie ætate virili in cathedra ecclesię vuormaciensis ꝓsul deo dignus: & varia cōscribit: sub Maximiliano Romanorū regę clementissimo: & summo pontifice Alexandro sexto. Anno dñi quo ad ipm hec scribimus. M.CCCCXCIIII.

BAptista Guarin⁹ Veronēsis: Guarini doctissimi viri filius: cuius suo loco fecim⁹ mentionē: vir certe patre nō iferior: sed in omni lr̄atura et disciplina bonarū artiū eruditissimus: philosophus: orator et poeta oīm celeberrim⁹: grecę ac latine linguę peritissimus: & in vtraq; multū facund⁹. Scripsit & vertit multa pręclara opuscula: quibus vim & acumen ingenii sui ꝓpe diuini tam ꝓsentibus q̄ posteris cōmendat. De qbus subiecta feruntur. Opus dialogorum perpulchrum

De secta Epicurea: li.i.
De ordine docendi li.i. Et si maphee charissi.
De regno administrando: li.i.
In epistolis Ciceronis: li.i.
In fastis Ouidii: li.i.
In pharsalia Lucani: li.i.
In Catullum poetam: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Orationes quoq; plures: li.i.
Et carmina varii generis.

In latinū ꝟtit subiecta. Ex Xenophōte Agesilai laudationē quā & dicauit Hermolao Barbaro seniori epo Veronēsi. Orōnes etiā quasdā Demosthenis & Dionis historici. Sed & orōnes nōnullas Gregorii Nazanzeni ad christū & Mariā. Et alia cōplura ędidit & cōuertit quę ad noticiā meā nō venerūt. Claret vsq; hodie Ferrarię: vbi patri succedēs: iam ꝑ annos tres & trigita vtrāq; linguā florentissime docet: & varia cōscribit: sub Maximiliano Romanorū rege: & Alexandro papa sexto. Anno dñi quo hec scribim⁹. M.CCCCXCIIII. Indictione duodecima. Habet & ipe filium grecæ ac latinæ eruditum: auitā disciplinā sequentē.

ANgelus Polician⁹: vir vndecūq; perit⁹ atq; doctissim⁹: grāmatic⁹ celebris: philosoph⁹: orator & poeta isignis: græco et latino ad ꝑfectū istruct⁹ eloquio: igenio excellēs: q sua eruditiōe & doctrina Italiā multo tpe illustrauit. Scripsit & varia & præclara volumina: quib⁹ nominis sui memoriā posteris cōmendauit. De quibus subiecta feruntur

Centuriæ quædam: li.i.
In errores linguæ latinæ: li.i.
Epistolę variæ ad diuersos: li.i.

Et quædā alia scripsisse dicit: quæ ad noticiā meā nō venerūt. Hic ausus est Iliadā Homeri versu latinis legēdā exhibere. Claret adhuc in Italia (vt accepi) varia cōscribēs: sub rege Romanorꝝ Maximiliano: et Alexandro summo pontifice sexto. Anno dñi. Millesimo. CCCCXCIIII.

Baptista Mantuanus: ordinis fratrū beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli: vir in diuinis scripturis eruditissimus: & in sæculariū litterarū scientia nulli secūdus sacræ theologię doctor: philosophus insignis: poeta & orator celeberrimus: ingenio excellens: sermone disertus: vita et cōuersatōe præclarus: latinę lingue decus et græcę clarus interpres: metro excellens et prosa. Scripsit vtroqꝫ stilo multa egregia volumina: qbus noī suo per vniuersum orbem christianū famā celebrē acquisiuit. E quibus subiecta ferunt. Ad patrem suum

De beata vita dialogus:	li.i.	Frater baptista: Petro.
Suburbanū: de Bucoli.	li.i.	Faustus adit segetes.
Parthenices vita:	li.iii.	Sācta Palestinę repe.
De sancta katherina:	li.i.	Costidis aggressi pug.
De vita Ludouici Bononieñ.	li.i.	Maxime pontificum.
Vita Alberti carmel. saphico:	li.i.	Mēsis augusti redeūt.
De calamitate suorū temporū:	li.i.	Cogimur istius mala.
Panægyricus Roberti:	li.i.	Semideū veteres isig.
Somnium de eodem:	li.i.	Maxime iusticię cul.
Ad falconē epigrammatum:	li.i.	Debeo sed cure probi.
Consolatio super morte:	li.i.	Delicię sacri fontis ce.
De contemptu mortis:	li.i.	Quid meres fatūqꝫ ti.
Cōtra poetas turpiloquos:	li.i.	Sunt quibus eloquii dat
De expugnatione Granatę:	li.iiii.	
De patientia: prosaice:	li.i.	
De ortu religionum:	li.i.	
Apologia pro fratre Petro:	li.iii.	
Introductoriū subtilis Scoti:	li.i.	
Orationes elegantissimę:	li.i.	
Epistolę multę ad diuersos:		
Diuersi generis carmina:		

Et alia complura.
Viuit adhuc in Italia celeberrima opinione vbiq; nominatus: & varia cõscribit: sub Maximiliano Romanorũ rege. Anno domini quo nos ista compleuimus. M.CCCCXCIIII.

IOhannes Bertram Nuenburgensis: natione teutonicus Georgii molitoris Nuenburgensis quondã auditor: vir i diuinis scripturis studiosus et eruditus: et secularis philosophiæ non ignarus: ingenio clarus: sermone scholasticus: primũ Erfordiæ: et nunc in gymnasio Moguntino theologiam publice docens: ac multos erudiens. Scripsit in ea facultate quædam præclara opuscula: quibus nomen suum notificauit. E quib⁹ extat op⁹ grande

In prologum bibliæ:	li.i.	Cogitanti mihi i pris.
Collationes multæ ad clerum:	li.i.	
De valore missarum:	li.i.	Reuerẽdissimo i xpo.
Quæstiones variæ:		
Et quædam alia.		

Claret ætate virili in gymnasio Moguntino: theologiã ordinarie docens: ac varia componens: sub Maximiliano Romanorum rege clarissimo: et summo pontifice Alexandro sexto. Anno domini quo hæc scribimus. M.CCCCXCIIII.

RVpertus Gaguinus: natione Gallus: ordinis sanctæ trinitatis generalis minister: doctor Decretorũ insignis: & tam in diuinis scripturis q̃ in sæcularibus litteris eruditissim⁹: poeta clarus: et orator facundissimus: qui Italos sæpe stupidos sua eloquentia reddidit: ingenio excellens vita et conuersatione deuotus. Scripsit vtroq; genere multa præclara opuscula: q̄bus nomẽ suum longe lateq; notificauit. E quibus extant subiecta
Opus insigni carmine ad Arnoldum Bostium Carmelitam Gãdaui morantem: contra Vincentium de Castronouo: ordinis prędicatorum

De cõceptione sanctæ Mariæ	li.i.	Est mihi mẽs equis te.
De eadem re: prosaice:	li.i.	Nemo christianæ reli.
De misera hominis conditione:	li.i.	Inter multa q̄bus se.
De arte metrificandi:	li.iii.	Quæ de cõficiẽdis ver.
Orationes multæ elegantissi.	li.i.	
Epistolarum quoq;:	li.i.	
Epigrammata innumera:		

Et alia complura.

Viuit adhuc Parisius apud sanctum Maturinum residens. Et varia scribit indies publicanda: sub Maximiliano Romanorũ rege & Alexandro summo pontifice sexto. Anno domini quo nos hęc scripsimus. M.CCCCXCIIII.

Haryngus Sifridi Sinnama de hagis Phrisie oriũdus: qui vulgo Hermãnus appellať: natione teutonicus: vtriusq; iuris professor et celeberrimus interpres: & tã in diuinis scripturis q̃ in sæculari philosophia egregie doctus: ingenio subtilis: sermõe scholasticus: cõsilio promptus et stabilis: cu⁹ apđ principes et ecclesiarũ prælatos magni habeť autoritas: in gymnasio Coloniensi docendo: scribendo et consultando facile obtinet principatum. Scripsit iter alia opus grande et celeberrimũ: titulos legales enucleatissime declarans: omnibus in vtroq; iure siue in altero studere incipientibus valde vtile et necessarium

Super titulos Codicis:	li.xii.	Et si verbositas sine f.
Super titu.ff. Veteris:	li.xxiiii.	Q̃ꝛ q̃ aũt noua pla.
Super titu.ff. Inforciati:	li.xiiii.	Sciendũ erit hic in.
Super titu.ff.noui:	li.xii.	Quia septẽ sũt partes.
Super titu.autenticorum:	li.i.	Q̃uis constitutiones.
In vsus feudorum:	li.i.	Quia hic liber feuđ.
De pace constantiæ:	li.i.	Quia impator Frede.
Super titu. Institutionũ:	li.iiii.	Q̃ꝛ q̃ ab hoc libro.
Super titu. Decretalium:	li.v.	Q̃m̃ vt dicit impator.

Extant et alia quædam.

Viuit ætate virili in ciuitate Coloniẽsi: sua illã doctrina illustrãs sub Maximiliano romanorũ rege clarissĩo: & sũmo põtifice alexãdro sexto. ãno q̃ hęc scripsim⁹. M.CCCCXCIIII. Indictiõe. xii.

Raphael Regius: natiõe Ital⁹: vir vndecũq; doctissimus philosophus clar⁹: poeta celebris: & orator insignis: vtriusq; linguæ peritus: ingenio excellẽs: et disert⁹ eloq̃o: q ĩ Patauino gymnasio maxĩas eruditiõis suæ laudes docẽdo: dispu-tãdo: ac cõponẽdo acq̃siuit. Ferť multa p̃clara cudisse opuscl'a: qb⁹ nomẽ et ĩgeniũ suũ cũ ingẽti gl'ia notificauit: de qb⁹ extãt subiecta

In Quintilianũ correctiones:	li.i.	Solẽt magnanimi be.
De laudibus eloquentiæ:	li.i.	Si quis vnq̃ præclari.
In ep'lam vnam Plinii:	li.i.	In opis hui⁹ inscriptõe.
Cõtra Iohannẽ Calphurnium:	li.i.	Tametsi grauissimo.

In eundem dialogus: li.i. Heri puerorũ turba sti.
Orationes varię:
Epistolę quoq; multę:
Et alia complura.
Viuit adhuc Patauii vt accepi: & varia cõscribit: sub Maximiliano rege Romanorum: et summo pontifice Alexandro sexto. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

Laurentius Bonicontrius: philosophus et astronomus insignis: atq; in cęteris bonarũ artiũ disciplinis egregie doctus: ingenio pręstans et clarus eloquio: metro valẽs & prosa. Fertur multa pręclara cudisse opuscula: quibus nomẽ suũ ad multorum noticiam transmisit: sed ego nihil eorũ hucusq; videre potui. Fertur aũt eius insigne opus per circulum anni
Fastorum pręnotatum: li.i.
Et quędam commentaria.
Et certa alia.
Viuit adhuc in Italia multa et varia scribens tam metro q̃ prosa sub Maximiliano Romanorum rege: & Alexandro papa sexto. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

Iohannes de keyserfberg: natione teutonicus: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: & sæcularis philosophiæ nõ ignarus: ingenio præstans: vita et cõuersatione præclarus: declamator sermonũ celeberrimus: qui in cathedrali ecclesia argentinensi a multis annis prædicatoris gerit officiũ. Scripsit nõnulla cõmendanda opuscula: sed ad noticiã nr̃æ lectiõis adhuc minime venerunt. Ferunt aũt eius elegantes
Sermones ad populum: li.i.
Orationes variæ ad clerum: li.i.
Et quædam alia.
Magnis hic sumptibus & labore diuturno collegit opera Iohannis Gerson: quorũ multa ex Gallia tandẽ ad nos perduxit: diuidẽs ea in tres partes ordine pulcherrimo: ac tabulam vtilẽ admodum cõficiẽs: id totũ impressuræ donauit. Viuit adhuc in ciuitate Germaniæ Argentinẽsi: ac varia cõponit: sub Maximiliano Romanorum rege clarissimo. Anno dñi. M.CCCCXCIIII.

Iohannes Picus: natione Italus Comes Mirandulæ et Cõcordiæ dñs: vir omnis bonę litteraturæ studiosissim⁹ & sicut præclaro sanguine: ita diuino admodũ ĩgenio no

bilissimus: magna familiae omnigenū artiū stipatus caterua: cū q̄bus litteris et studiis latinis: pariter hebraicis & graecis palestrā exercet: dignus & optime merit⁹: cuius ꝑfectionē musę sequant̄: doctissimus nostra aetate philosophus est atq; disputator acerrimus. Scripsit stilo elegantissimo nōnulla quae aetas nostra tū cōprobare tum vel maxime admirari habebit: quibus noīs et gloriae suę memoriam nō indigne sempiternā reddidit: de qb⁹ extāt q̄ iā ꝓdiere
Heptaplus super principium Genesis:
Item Nongentae conclusiones philosophicae.
Apologia.
Item super psalmos: li.i.
Et plura alia quae nondū conspectui nostro sese exhibuere. Viuit adhuc hodie inter ingeniosorū adolescentū suorū gregē apd Italos neq; altiora scribere: neq; benefacere posteritati cessat: sub Alexandro sexto pōtifice maximo: regeq; Romanorū Maximiliano: anno quo haec scribimus. M.CCCCXCIIII.

IOhannes Capnion al's Reuchlin: natione teutonic⁹ ex Phorcen oppido Sueuiae: legū imperialiū doctor eximius: Illustrisq; comitis Eberhardi de vuirtenberg cōsul cū facundissimus: tū iuris fideiq; integerrimus: oīs antiquissimae philosophiae et litteraturae indagator solertissimus. Triū principaliū linguarū Hebraicae scilicet simul et Caldaicae: Grecae pariter & latine interpres peritissimus. Gallicanae etiā atq; politioris linguae nostrae vernaculae imprimis clarus. Et tam in diuinis scripturis secretarius: q̄ in saecularibus litteris eruditissimus. Quinimo in omni genere doctrinae hac tempestate praecipuus: puta qui graecorū: hebraeorū secreta mysteria multis iam annis enixissime penetrauit. Dignus profecto qui solis litteris: nō etiā perstrepenti populari curiae incuberet. Nullū em̄ nobis nō modo italia: sed nec saeculū quidē nostrū: huic tāto viro parem obiiceret. Scripsit nōnulla opa quib⁹ memoriā sui praesentibus cōmendauit et posteris. Ad epm Vangionū camerariū Dalburgi: Dialogū in quo oīa secreta philosophiae graecae hebraicę et christianorū portentifica verba explicat: quem praescripsit
Capnion: vel de verbo mirifico: li.iii. Rerū arcanarum.
De prę exercitamētis rhetoricis: li.i. Est a veteribus.
De diuersitate quattuor idiomatū graecae linguae: li.i.
Orationē funebrem in mortem Rudolphi agricolae.

Epigrammatõ & elegiarum: li.i.
Epistolas quoq́ et orationes scholasticas sine numero plures.
Multa ꝑterea vtilitati nostrę cõmuni e greco in latinũ vertit opuscula: Xenophontis apologiã ꝓ Socrate: Nestorium hęreticũ: Cõfessionẽ Cypriani: Proclum de beata virgine: Luciani aliqs mortuorũ dialogos: Eiusdẽ dialogũ de concilio deorũ: Monomachiã Iliados Homeri de Paridis et Menelai duello in lingua Germanica metrice. Epiphaniũ de vita et morte ꝓphetarũ. Maximũ tyrium Platonicum philosophũ in oratiõe. Si deus fecit bona: vnde veniant mala. Viuit vsq́ hodie litteris incũbens: sub Maximiliano rege: principeq́ suo Eberhardo de vuirtenberg: cui⁹ illustre nomen: insignis ille Capnion ingenio suo illustrius reddit. Anno q̃ hęc scribimus. M.CCCCXCIIII.

Conradus Leontorius: vulgariter de Leonberg: natiõe teutonicus: monachus cœnobii Mulbronnẽsis: ordinis Cistercienſiũ: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: & in secularibus egregie doctus: philosophus: orator & poeta nõ abiiciẽdus: triũ (vt ferunt) principaliũ linguarũ perit⁹: ingenio subtilis et disertus eloquio. Scripsit metro et prosa nõnulla opuscula: quib⁹ nomẽ suũ notificauit. De quibus extat volumen

Epistolarum ad diuersos: li.i.
Orationes varię:
Carmina multa:
Et quędam alia.

Viuit vsq́ hodie apud Cistertium et cœpto perstat in studio: sub Maximiliano Romanorum rege clarissimo. Anno domini. M. CCCCXCIIII. Indictione. xii.

Conradus Celtis Protucius: natione teutonicus: ex Frãcia germanię oriundus: vir vndecũq́ doctissim⁹: philosophus clarus: orator facũdus: astronom⁹ & cosmograph⁹ insignis: & poeta laureatus: diuinarũ quoq́ scripturarũ non ignarus: vtriusq́ lingue peritus: ingenio excellens: & disertus eloquio. Scripsit tam metro q̃ prosa quędam preclara opuscula: quibus memoriam sui posteris commendauit. De quibus mihi pridem legit subiecta. Ad Maximilianum Romanorum regem clarissimum in vtrãq́ Marci Tullii Ciceronis rhetoricam

Epitoma. i. Breuiarium:	li.i.	Qui in contione quip.
De laudibus eloquentię:	li.i.	Morine eternis cele.

De arte versificandi:	li.i.	Accepi illustrissi.prin.
De condendis epistolis:	li.i.	Epl'a seu apl's est nec.
De situ Nurenbergę:	li.i.	Cū nup relaxandi anī.
Peregrinationē sarmaticam:	li.i.	Cui dedit nomē volu.
Carminum:	li.iiii.	Vrſe doctorū specimē.
Amorꝝ q ſm.iiii.latera ger.iſcri.	li.iiii.	Scribere q̄ nr̄e fatalia.
Panegyrin duci Bauariæ:	li.i.	Italicas tētare lyras.
De vita sancti Sebaldi:	Car.i.	Regie stirpis soboles.
Germanię situm:	li.i.	Germaniā scripturus.
Orationes varias:	li.i.	

Epistolas multas ad diuersos elegātissimas metro & prosa ędidit ac diuersa epigrāmata: & in cosmographia cuius scientissimus est varia scripsit: quæ post hac in lucē vētura cōfidimus. Viuit adhuc annos ætatis habens quinq; & triginta: ac varia scribit sub Maximiliano Romanorū rege illustrissimo: & summo pōtifice Alexādro sexto. Anno dn̄i quo nos hęc scribim⁹. M.CCCCXCIIII.

PEtrus Bonom⁹ Tergestin⁹ imperialis aulæ prothonotarius: vir latinæ linguæ eruditissimus: & in cudendis omnifariis carminibus tum facillim⁹: tum exercitatissimus: puta ex cuius promptuario Musæ canoræ eructuant: ac propterea multi nominis: et fama celeberrim⁹. Scripsit plurima & soluta oratione: & varii generis carmine. E qb⁹ præcipuæ extant

Libri Epigrammaton:

Epistolarum indefessa congeries.

Nec vnq̄ scribere cessat. Viuit adhuc sub rege suo Maximiliano l'ris mancipatus: atq; ingeniū suū bonis excolēs artib⁹. Anno quo hæc scribimus. M.CCCCXCIIII. Indictione.xii.

SEbastianus Ticio al's Brant Argentineñ. natiōe teutonicus: vtriusq; iuris professor insignis: & tā i diuinis scripturis q̄ aliis sæcularis l'raturæ disciplinis egregie doct⁹. poeticā nō mediocriter callēs: ingenio subtilis: eloquio disert⁹: cōsilio ac actione ꝑcipuus: qui sua eruditiōe atq; lucubratione Basileā inclitam Germaniæ vrbē mirū in modū exornat. Scripsit tā metro q̄ prosa quædam haud cōtemnēde lectionis opuscl'a: quib⁹ nomē suū diuulgatū reddidit. Ex quibus extant

Super titulis vtriusq; iuris:	li.i.	Cum difficile.
Rosariū diue Mariæ saphicū:		Stirpis humanæ.
In laudē virginis ænigmata ve.testa.		Quæ paris.

Cōpilauit præterea mira arte et ingenio: vulgari tñ et vernacula lingua libellum quendā: quē nauē Narragoniæ appellauit. In quo causam et radicē omniū stulticiarū adeo eleganter expressit: mores hominū carpit: et quædā salutaria remedia singulis tradit: vt nō iure stultorū librū: sed diuinā poti⁹ satyrā opus illud appellasset Nescio em̄ si quid tempestatis nostræ vsibus salubrius: aut iocundius legi posset. Aiunt eū magnopere anniti: vt et latine carmine pariter et oratione soluta op⁹ illud q̄ primū prodeat. Viuit adhuc apud Basileā: annos habēs ætatis.xxxvi. eiusqꝫ opera et industria impressores plurimū i exornādis libris suis vtūr. Varia em̄ cōscribit sub Maximiliano Romanorū rege: quē singulariter diligens plura de eo & ad eū suauissima (etiā secreta vt aiunt) condidit carmina. Anno quo hæc scribimus. M.CCCCXCIIII.

IAcobus Vuimphelingus Sletstetēsis: natione teutonicus: presbyter ecclesiæ Spirensis: vir in diuinis scripturis eruditissimus: et in sæcularibus litteris egregie doctus:

theologus celeberrimus: philosophus: orator et poeta oim prestātissimus: primū apud Erfordiā: ac deinde in Heydelbergensi gymnasio philosophiam sacrāq; scripturā publice edisserēs: magnā eruditionis suae gloriā acquisiuit. Vir inq̃ vndecūq; doctissimus: ingenio subtilis: eloquio disert⁹: qui et metro excellit et prosa. Scripsit vtroq; genere quaedā praeclara opuscula: quib⁹ nomē suū longe lateq; diuulgauit. E quib⁹ extāt subiecta. Ad Bertholdū archiepm Moguntinū opus celeberrimū hexametro et pētametro versu eleganti ssime cōposuit: quod praenotauit de triplici candore

In laudē diuae Mariae:	li. i.	Maria nostrarū spes.
Praecepta rhetorices:	li. i.	Nescio si tuū theoderi.
Laudes Spirensis ecclesiae:	li. i.	
De spiritu sancto Oratio:	li. i.	Quēadmodū expect.
Ad regē Franciae oratio:	li. i.	Lustra iā octo fruēdae.
De arte poetica:	li. i.	

Carmina varii generis multa.

Epistolas tam ad me q̃ ad alios multas elegātesq; composuit: quarum incertus est numerus. Ad instātiam Ludouici Spirensis epi officium de compassione beatae Mariae semper virginis cōposuit quod per eandem diocesim annuatim solēniter peragitur. Ad hūc Iacobum librum de luminaribus siue illustrib⁹ viris germaniae iā pridem dedimus. Viuit aetate virili annos habens ferme tres & quadragīta. in inclyta ciuitate Spirensi: & varia cōscribit: sub Maximiliano Romanorum rege. Anno domini quo nos haec scripsimus. M.CCCCXCIIII.

Baptista de salis: ordinis fratrū minorū prouinciae Ianuēsis: vir in diuinis scripturis studiosus et erudit⁹: & tam in vtroq; iure q̃ in saeculari philosophia egregie doct⁹: ingenio subtilis: sermone scholasticus: vita et cōuersatiōe deuot⁹: & regularis disciplinae obseruātia praeclarus. Edidit quaedā ad instructionē simpliciū sacerdotū necessaria opuscula: quib⁹ nomē suū lōge lateq; diuulgauit. De quib⁹ extat summa de casib⁹ in foro cōscientiae valde vtilis: quae iuxta nomen auctoris vocatur

Summa Baptistiniana:	li. i.

Et quaedam alia.

Cōpleuit candē summam sub Frederico impatore tertio. Et viuit adhuc eius filio Maximiliano regnū tenēte. Anno domini. Millesimo. CCCCXCIIII.

ENgelhardus Funck de Suobach Francus orientalis: natione teutonicus: vir doctus et vndecũq; peritus: philosophus: orator et poeta insignis: diuinarũ scripturarũ & iuris pontificii nõ ignarus: ingenio præstãs: & disertus eloquio: metro excellẽs et prosa. Fertur vtroq; genere stili quædã cudisse opuscula: quibus nomen suum notificauit. Carmine elegiaco
De laude patriæ suæ: li.i.
De anulo sibi donato: li.i.
Epistolas plures ad diuersos:
Epigrammata varia:
Et alia complura.
Claret Romæ: actor siue aduocatus causarum: & varia componit sub Maximiliano Romanorũ rege. Anno domini quo nos hæc scripsimus. M.CCCCXCIIII

IOhannes Langer de Bolkenhan: presbyter Vratislauiẽsis: vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: & sæcularis lrãturæ nõ ignar⁹: ingenio præstãs: & disert⁹ eloqo metro excellẽs et prosa: vita et cõuersatiõe presbyterio dign⁹. Scripsit vtroq; stili genere multa præclara opuscula: quibus nomẽ suũ notificauit. De quibus extat opus insigne ad Georgiũ de Lapide dñm Steynauiæ: quod prænotauit
De censibus et re.emp. li.i. Ingenti hodie ꝑmor.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Carmina multa:
Et alia complura.
Viuit adhuc in Vratislauia & varia cõscribit: sub Maximiliano Romanorum rege: & Alexandro summo pontifice sexto. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

VVerner⁹ Roleuinck de Laer: natõe teutonicus: patria vuestphalus: ordinis Carthusiẽsiũ: dom⁹ sctẽ Barbaræ in Colonia agrippina: vir ĩ diuinis scripturis studiosissimus & valde erudit⁹: ingenio excellẽs: vita et cõuersatiõe deuot⁹. Edidit multa præclara opuscula: quib⁹ se vtilẽ præsentibus: & memorabilẽ reddidit futuris. E qbus extãt subiecta: opus grande sup omnes epistolas Pauli: quod prænotauit
Doctrinam Pauli: li.xiiii. Doctrina Pauli apl'i.
De vita quoq; Pauli: li.vii. Sicut fui cũ Moyse sic.
De valore missarum: li.i.

De regimine principum: li. i.
De studio theologiæ: li. i.
Fasciculus temporum: li. i. Generatio & genera.
Paradisus conscientiæ: li. i. Tulit dn̄s deus hoīem.
Sermones multi: li. i.
Et alia complura.

Vidi olim in eius cellula tractatus paruos quidē: sed plures et vtiles: quorū titulos iam a memoria tulit obliuio. Viuit adhuc i Carthusia Coloniēsi prouecte ætatis: & varia conscribit sub Maximiliano Romanorum rege. Anno domini quo ista scripsimus. Millesimo. CCCCXCIIII. Indictione. xii.

ARnoldus Bostius: natōe teutonicus: ordinis fratrū beatæ Mariæ semper virginis de monte Carmeli cōuentus Gandensis: vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & in sæcularibus litteris egregie doctus: theologus: philosophus: orator & poeta præclarus: ingenio acutus: eloquio disertus: vita et conuersatione deuotus: cuius ad me plures extant epistolę Scripsit metro et prosa multa præclara opuscula: de quibus extant subiecta: volumen insigne carmine et prosa conscriptum: in quo luculenter ostendit ordinis sui marianæ protectionis intuitu ꝓrogatiuā originē et progressum: quod iccirco prænotari cōplacuit

De patronatu mariæ: li. i. Petisti vir clarissime.
De illust. viris Carthusieñ. li. i. Venerabili et ītermis.
De illust. viris ordinis sui: li. i. Frater Arnold⁹ bosti⁹
Cōtra Vincētiū de nouo castro: li. i. Vsqꝫquo semp desipi.
Epistolarum ad diuersos: li. i.
De quattuor nouissimis: li. i.
Carmina diuersa:
Et alia complura.

Viuit adhuc Gandaui: ætate virili et varia cōponit: multosqꝫ suo exemplo et scriptis ad sancta studia prouocat. Anno domini quo hæc scripsimus. M. CCCCXCIIII.

HEnricus Euticus Francus orientalis vtriusqꝫ medicinæ professor egregius: multa ędidit quæ posteritati parat Item diuerso et venusto charactere carminū opusculum pulcherrimum: quod intitulauit

Scōmata seu vrbanos et lepidos iuuenum iocos.
In medicina opuscula plura.

Satyrã in sophistas et dialecticos & humanitatis studii inimicos
In laudes beatæ virginis:
Et alia plura.
Viuit adhuc quando hec scripsimus: sub Maximiliano rege. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

Eytelvuolfus de Lapide: vir nobilis: natiõe teutonicus & Sueuus: magni ingenii vir: & eloquentiæ Romanæ vehemẽs æmulator: & ob id magnũ honorẽ apđ Marchionem Brandenburgeñ. consecutus. Scripsit ad Georgiũ de Lapide auunculum suum: virum litterarũ amantissimũ
De laudibus heroum et virorum illustrium: li.i.
Epistolare cultissimum.
Et alia quibus magnã germaniæ laudem apud Romanæ linguæ cultores pariet. Viuit adhuc hodie sub rege Maximiliano. Anno quo hæc scripsimus. M.CCCCXCIIII.

Rodulphus Langius: natiõe teutonic⁹: monasteriẽsis ecclesiæ in vuestphalia canonic⁹: vir ĩ diuinis scripturis studiosus: et ĩ sæcularib⁹ lr̃is eruditissim⁹: philosophus: orator et poeta celeberrim⁹: ingenio subtilis: & disert⁹ eloquio. Scp̃sit tã metro q̃ prosa multa præclara opuscl'a: quib⁹ nomẽ suũ cũ ingẽti gloria longe lateq; diuulgauit: de quib⁹ extãt subiecta. Ad Hermannũ Langiũ eiusdem ecclesiæ decanum
De vrbe Hierosolyma: li.ii. Splẽdidissimæ quõdã.
Ad decanũ Colonieñ. carminũ: li.i. Clara quẽ virtus supe.
De obsidione Nusieñ. vrbis: li.i.
De tribus magis carmen: li.i.
Epistolæ plures ad diuersos.
Carmina quoq; varia:
Et alia complura.
Viuit adhuc admodũ senex in ciuitate Monasterieñ. multa componẽs sub Maximiliano rege romanorũ. Anno domini quo ista scripsimus. M.CCCCXCIIII.

Sebastianus Murrho Colmariensis: natione teutonicus presbyter et canonicus in Colmaria: vir ĩ diuinis scripturis studiosus et eruditus: & in sæcularib⁹ litteris doctissimus: philosophus: orator: poeta et cosmographus insignis: trium linguarũ: hebraicæ græcæ ac latinæ peritissimus: legũ et canonũ noticia celebris: in architectura: musica et toto quadruuio nulli se

candus. Scripsit inter alia Ad Iacobū vuimphelingū Sletstetensem (cuius supra meminimus) breue: sed perpulchrum
Epitoma de laudib⁹ germanorū li.i.
In Baptistæ Mātuani opera: li.i.
Epistolas plures ad diuersos:
Et quædam alia.
Viuit hodie in Colmaria vbi canonicus est & varia cōscribit: quę in dies publicāda speram⁹: sub Maximiliano Romanorum rege Anno dñi quo nos ista scripsimus. M.CCCCXCIIII.

CArolus Phernandus: natione teutonicus: Brugis oppido Flandriæ ortus: a parua ætate captus oculis: & ob id elementorum quoq; penitus ignarus: tm̄ sui miraculum præbet: vt velut alter Homerus poeta: music⁹: philosophus & orator celeberrim⁹ euaserit: diuinarū quoq; scripturarum sagacissim⁹ interpres: carmīe excellens et prosa: ingenio subtilis: eloquio disertus: vita et conuersatione integerrimus: qui a rege Gallorum publico & perpetuo donatus stipendio in celeberrimo gymnasio Parisień. multo tempore litteras humanitatis egregie docuit: & auctores complures pulcherrimæ exposuit. Demum contemptis oibus mundum cū suis stipendiis deseruit: & ante bienniū ferme ordinē diui patris nostri Benedicti intrauit: ī monasterio probe reformato quod Casale Benedictū appellaŧ: sitū in quadā silua densissima decē a Bituricensi ciuitate ferme milibus distāte: in quo vsq; hodie perseuerat: magno feruēs zelo animarū: adeo vt dispensatiōe apostolica Leuita ordinatus: verbū dei cū maximo oim fructu & admiratione publice prædicet. Scripsit tā metro q̄ prosa multa p̄clara volumina: quibus nomē suū posteritati cōmendauit. In decertationē metricā Ruperti Gaguini de purissima cōceptione sacrę dei genitricis & virginis Mariæ: aduersus Vincētiū de Castronouo ordinis prædicatorum opus elegantissimū

Commentariorū:	li.i.	Nō ambigim⁹ ab aplō
Laudes ordinis Carmelitarū:	li.i.	Dū tela vertit parthus
Odarū in laudem christi:	li.iiii.	
De cōceptiōe cōtra Vincentiū:	li.i.	
Carmē iambicū de eadē:	li.i.	Quātū creat(antecel.
Orationē de ꝯcep. ad carthusień.	li.i.	
De sancta katherina orationē:	li.i.	
Epistolarum multarum:	li.ii.	

Carmina ferme innumera: li.i.
Elegias de contemptu mundi: li.i.
Et alia multa.
Viuit hodie cecus: sed doctissimus in præfato cœnobio multa ac varia componens: sub Maximiliano Romanorũ rege: & summo pontifice Alexandro sexto. Anno domini quo ista scripsim⁹. Millesimo. M.CCCCXCIIII. Indictione.xii.

IOhannes Phernãdus frater ꝑdicti Caroli: natiõe et ipse teutonicus: vir vndecũq; doctissim⁹: philosophus: orator & poeta celeberrimus: & diuinarũ scripturarũ nõ ignar⁹ ingenio subtilis et disertus eloquio: quẽ rex Gallorũ ꝑpetuo stipendio donãs sibi in musicũ desumpsit. Scripsit tã metro q̃ prosa multa vtilia et deuotioni cõgrua opuscula: quibus nomẽ suũ ad multorũ noticiã deduxit. E quibus extant subiecta
De sancto iohanne baptista: li.i. Quo rite plectro q̃.
Orationes multæ et variæ: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Carmina et epigrammata plura.
Et alia multa. Scripsit etiã horas sanctæ crucis: & cõpassionis sctẽ Mariæ virginis eleganti carmine: quæ Parisius nuper impressæ circũferuntur. Viuit vsq; hodie apud regẽ Franciæ maximo in ꝑcio: et varia cõponit: sub Maximiliano romanorũ rege. Anno domini quo nos hæc scripsimus. M.CCCCXCIIII.

HIeronymus Donat⁹ patricius Venet⁹: vir clarissim⁹ in diuinis scripturis studiosus: & in sæcularib⁹ lr̃is eruditissimus: vtriusq; linguæ celeberrim⁹ ĩterpres: ingenio excellẽs et disertus eloquio: qui licet vxoris & filiorũ cura iã distrahatur: mirabili tñ diligẽtia et incredibili studio feruet litterarũ: multa indies scribens. E græco multa trãsferens: q̃ si alius etiã omni cura solutus cõderet: posset esse miraculi. E quibus extant
Oratio ad regẽ Lausitaniæ: li.i.
Orationes quoq; variæ: li.i.
Epistolarum ad diuersos: li.i.
Et alia complura.
In latinũ vertit iohãnẽ Damascenũ de ĩmaculatis mysteriis. Dionysiũ quoq; de diuinis noĩbus: et quasdã ipsius epistolas. Volumẽ etiã de aĩa Alexandri Aphrodisei philosophi. Et alia multa. Viuit vsq; hodie Venetiis annos nat⁹ septẽ et triginta: varia scribẽs

& vertens: sub Maximiliano Romanorū clarissimo rege. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

IVdocus Badius Gandensis: natōe teutonicus: vir in saecularibus litteris eruditissim⁹: et diuinarū scripturarū nō ignar⁹: philosophus: rhetor et poeta clarissim⁹: ĩgenio excellēs: et disert⁹ eloquio: q olim Ferrariae Baptistā Guarinū lr̄as graecas docētē audiuit: et ĩ ea quoq; sciētia doct⁹ euasit. Lugdunū mō eruditiōe sua exornat: poetas legit publicae & priuati: plr̄es magnatū filios ĩstruēs. Scp̄sit carmīe et p̄sa ml̄ta p̄clara opuscula: de q̄bus extāt subiecta. Op⁹ metricū ĩsigne ɔtra vitia qđ praenotauit

Syluam moralem: li.i.

Contra Vincentiū quoq;: li.i. Vincenti infoelix quę.

Psalterium mariae saphicis: li.i. Quā chorus vatū ve.

De grammatica quoq;: li.i.

Epigrāmata plura: li.i.

Epistolae variae:

Et alia complura.

Viuit vsq; hodie annos natus duos et triginta: multa et varia cōponens: sub Maximiliano inclyto rege. Anno domi. M.CCCCXCIIII. Indictione. xii.

HElias Regnier: iurecōsultus celeberrim⁹: et tā in diuinis scripturis q̄ in sęculari philosophia egregie doct⁹: ĩgenio subtilis: eloquio clarus: cōsilio caut⁹: qui in gymnasio Pictauensi iura multo tp̄e publice docuit. Scripsit quędam praeclara opuscula: quibus memoriā sui posteris cōmendauit. E quibus ego vidi tm̄ subiecta: opus celebre quod continet

Casus sexti Decretaliū: li.i. Bonifacius. viii. condi.

Casus Clementinarū: li.i. Iohānes epūs. Diuide.

De aliis nihil vidi.

Viuit adhuc in vniuersitate Pictauensi: sub Maximiliano rege. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

RVtgerus Venray: natione teutonic⁹: ordinis canonicorū regulariū sancti Augustini: coenobii diui apl̄i Petri: quod nō longe a vuormacia sitū Heyne dicit̄: vir in diuinis scripturis studiosus: & saecularis lr̄aturae nō ignarus: metro exercitat⁹ et prosa. Scripsit vtroq; genere quaedā nō sperneda opuscula: de quibus extant subiecta. Tetralogus quē praenotauit

De institutione puerili: li.ii. Cū pueriles aīaduerte.

De inquisitiõe beatæ vitæ:	li.ii.	Sub anno quo ceres ie.
Hymnorũ de sancta Maria:	li.ii.	Ecce dei matris marię.
De vario vsu litterarũ:	li.ii.	Tametsi optime petre
De re mirabili:	li.ii.	Ad cognoscẽdã versu.
De rebus nouis:	li.ii.	Cõplura aĩo volutanti.
De metrorũ generibus:	li.i.	Familiarissime in xp̃o
De accentibus latinorũ:	li.ii.	Hic tetralogus qui de.
Panægyricus ad me:	li.i.	Reuerẽdo in xp̃o prĩ.
Epigrammata varia:		
Et quædam alia.		

Audio eũ ad me opus cudere de calamitatibus horũ tp̃m: qđ necdũ vidi. Epistolas tã ad me q̃ ad alios carmĩe ac orõne soluta plurimas perscripsit nõ inelegantes. Viuit vsq; hodie: & varia cõponit sub Maximiliano rege Romanorũ: & Alexãdro papa sexto. Anno dñi quo nos ista scripsimus. M.CCCCXCIIII.

IVdocus Beyssellius regiæ vrbis Aquẽsis patriciꝰ: natõe teutonicus: vir in scripturis sctis studiosus: & ĩ sæcularibꝰ lr̃is eruditissimꝰ: philosophꝰ clarꝰ: orator facũdus: & poeta ĩsignis: qui licet vxoris & rei familiaris cura sit necessario distractus: incredibili tamẽ amore feruet scripturarum: multa ĩ dies scribens et cõponens: quibꝰ nomẽ suum cũ ingenti gloria vbiq; diuulgatur. E quibus extant subiecta Dialogus pulcherrimus ad Hermolaum barbarum: Platonicorum more

De optimo genere musicorũ:	li.i.	Perduxi vos o hermo.
De christiano ambitu:	li.i.	Et si tibi oĩa suppetunt
Epitoma stimuli amoris:	li.i.	Cũ p hæc christi na.
De rosacea Mariæ corona:	li.i.	Rosaceã augustissime.
Rosariũ metricum:	li.i.	Quisquis amat roseã.
De rosarii mysteriis:	li.i.	Egredimini filiæ syon.
Rosariũ de sacramento altaris:	li.i.	Pane sub hoc modico.
Gesta Flandrensium:	li.i.	
Orationes elegantissimæ:		
Epistolæ quoq; plures:		
Carmina et epigrammata multa:		
Et quædam alia.		

Viuit vsq; hodie Aquisgrani vtriusq; iuris clarissimus interpres: & varia conscribit sub Maximiliano Romanorũ rege. Anno dñi quo nos ista scripsimus. M.CCCCXCIIII.

HIeronymus Balb⁹:vir celeberrimæ opinionis: & in omnib⁹ disciplinis bonarū artiū egregie doctus:philosoph⁹ clarus:et rhetor facundus:metro excellēs et prosa:ingenio præstans:et disertus eloquio: qui docendo:legendo publice & scribendo:magnā gloriam apud Gallos et Parisienses cōmeruit. Scripsit quædam ingenii sui præclara opuscula:quibus nomē suū posteritati cōmendauit. E quibus ego adhuc vidi tm̄:volumē magnis eloquētiæ salibus conditū: in quo calūniis respondet cuiusdā Guilhelmi Tardiui rhetoris:p modū dialogi: sub suo Caroli phernandi: Petri Cohardi:et ipsius infensoris nominibus:cui titulum imposuit

Rhetoris gloriosi: li.i. Inter ea officia quibus.

De aliis nihil vidi.

Viuit adhuc in Gallia scribens et varia cōponēs:sub Maximiliano romanorū rege illustrissimo. Anno dn̄i.M.CCCCXCIIII.

EGidius Nettelet:decanus ecclesiæ Cameracensis:vir in diuinis scripturis studiosus et eruditus: ac sæcularis litteraturæ nō ignarus:ingenio præstans:vita et cōuersatiōe præclarus:& singulari deuotione conspicuus. Edidit q̄dam p̄clara volumina:quibus nomē suū notificauit. E quibus extat opus celeberrimū omni statui necessariū:quod mirabili industria pulcherrimaq; cōsequentia in vnū cōportauit ex epistolis

Sancti Hieronymi presbyteri: li.iiii.

Cætera me latent.

Viuit vsq; hodie in ciuitate Cameracensi:vita et doctrina celeberrimus & varia cōponit:sub Maximiliano Romanorū rege clarissimo:& summo pontifice Alexādro sexto. Anno domini. Millesimo. CCCCXCIIII.

PHilippus Callimachus:natione italus: patria ~~Florentinus~~ Geminianus:regis Poloniæ secretarius:vir vndecūq; doctissim⁹ philosophus clarus:orator facūdus & poeta insignis:ac diuinarū scripturarū nō ignarus:ingenio præstans & disertus eloquio. Fertur multa p̄clara cudisse opuscula:quib⁹ memoriā sui posteris reliquit. De quorū numero subiecta feruntur. Opus isigne de gestis Attilæ regis impii:quod prænotauit

Attilam: li.i.

Historia polonica cōtra Turcū: li.i.

De moribus Tartarorum: li.i.

Amorum diuerso metro: li.i.
Et alia complura.
Viuit vsq3 hodie apud regẽ Poloniæ: maximo in pręcio: & varia cõscribit: sub Maximiliano Romanorũ rege. Anno dñi quo hæc scripsimus. M.CCCCXC. Indictione duodecima.

PAulus niauis: natione teutonic⁹: vir in litteris humanitatis egregie doctus: et diuinarũ scripturarũ nõ ignarus philosophus et rhetor celeberrimus: ingenio præstãs & disertus eloquio: docendo et scribendo varia in gymnasio Lyptzẽsi magnam nomini suo famã acquisiuit. Scripsit em̃ quædã pręclara opuscula: quorũ lectio nõ venit cõtemnenda. De quib⁹ subiecta feruntur. Opusculum pro nouiciis religiosis

De institutione latinizandi:	li.i.	Cũ ego sæpius cogita.
Visio cuiusdã heremitæ:	li.i.	Nemus ingẽs liquide.
Colores artis Rhetorices:	li.i.	Voluisti quondã eleg.
Dialogus idiotæ:	li.i.	Cum repeterẽ sepe nu.
Epistolæ breues formales:	li.i.	Magnam solet vim.
Epistolæ ad idem mediocres:	li.i.	Pollicitus sum vir ho.
Epistolæ quoq3 longiores.	li.i.	Magnã concipio & in.

Et quædam alia.
Viuit vsq3 hodie in Germania varia componens: sub Maximiliano rege Romanorũ illustrissimo. Anno domini quo nos ista scripsimus. M.CCCCXCIIII.

BOuslaus de hassenstein: natione Germanus: vir nobilis & vndecũq3 doctissim⁹: orator et poeta insignis: qui ꝑter consuetudinem cęterorum nobiliũ huius tempestatis & arma tractat: & mirabili studio lr̃as colit: fouet et celebrat: vt velut alter Plinius secundus: etiam militando libros & carmina conficiat. Scripsit tam metro q̃ prosa quædam præclara opuscula: quibus nomen suũ notificauit. E quibus extant subiecta. Opus præclarũ de Germanorum & Italorum

Inuentis propriis:	li.i.
Carminum quoq3:	li.i.

Epistolæ variæ:
Et alia complura.
Viuit vsq3 hodie in castro suo Hassenstein: & varia conscribit: sub Maximiliano Romanorum rege præstantissimo. Anno domini M.CCCCXCIIII. Indictione. xii.

HEnricus Northeymensis: natione teutonic⁹: vir in saecularibus litteris studiosus et eruditus: & diuinarum scripturarum non ignarus: ingenio subtilis et disertus eloquio: metro excellens et prosa. Scripsit quaedam nō spernendae lectionis opuscula: quibus nomen suū posteritati cū gloria cōmēdauit. E quibus ego vidi dūtaxat: opus illud praeclarū quod metro & prosa cōscripsit ad Fredericū marchionē Myſne: ac ducē Saxoniae Dimetromachiam praenotatum
De virtutū et vitiorū cōflictu: li. i. Tu mea laurigeros.
De caeteris q̄ cōposuit: nihil ad noticiā meā puenit. Viuit vsq; hodie varia cōscribēs: sub Maximiliano romanorū rege illustrissimo & sūmo pōtifice alexādro sexto. Anno dn̄i. M. CCCCXCIIII.

AQuin⁹ ordinis fratrū p̄dicatorū: ex Suedia habēs vitae originē: vir in diuinis scripturis studiosus & saecularis litteraturae nō ignarus: philosophus celebris et mathematicus praeclarus: ingenio excellens: & comptus eloquio: imitatus Boetiū: scripsit cōmendatissimū opus de numerorū et sonorū
Proportionibus: li. i.
Epistolas quasdam.
Et quaedam alia.
Viuit vsq; hodie apud ducem Bauariae Ottonē in precio: & varia cōscribit: sub Maximiliano rege inuictissimo. Anno domini. M. CCCCXCIIII. Indictione. xii.

ALbertus de Prusa: natione Polonus: gymnasii Cracouien. collegiat⁹: vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: in saecularibus quoq; litteris egregie doct⁹: theologus: philosophus: et astronom⁹ insignis. Carmine Conradi Celtis astrorū pericia laudat⁹: ingenio praestās et clarus eloquio. Scripsit nō cōtemnendae lectionis plura opuscula: quib⁹ nomē suū notificauit. Sed pauca eorū ad noticiam meam peruenerunt
In Georgii burbachii:
Theoricas cōmentariorum: li. i.
Ad ephimeridas konigsperg: li. i.
Et quaedam alia.
Viuit adhuc in gymnasio Cracouiēsi: varia cōponens sub Maximiliano Romanorū rege. Anno dn̄i quo ista scribimus. Millesimo. CCCCXCIIII. Indictione duodecima.

THeoderic⁹ de Osenbruck: natiōe teutonic⁹: ordinis fratrū minorꝶ: prouinciae Coloniēsis: vir i diuinis sc̄pturis

exercitatus: declamator sermonū populariū famosissimus: cui⁹ vitam omnes qui eū nouerunt sanctissimā hoc tpe prædicant: in sermonibus faciendis ad populū tanta gratia diuinitus illustraf: tanta facundia loquitur: tanta deniq; cōpunctione & dulcedine afficit auditores suos: vt similē apđ Germanos habuerit neminē. Vnde & per totā prouinciā generalis p̄dicator cōstitutus est. Legit mihi nuper dū Coloniæ mecū esset: opusculū insigne & deuotioni congruū: qđ composuerat ad instantiā Hermāni archiepi Coloniēsis

De passione domini:	li.i.	Reuerēdissimo i xp̄o.
Manuale simplicium:	li.i.	Quia sicut Augusti.
De exercitio interiori:	li.i.	Qui perseuerauerit.

Et quædam alia.

Viuit adhuc in prouincia Colonieñ. cœpto fortiter instans officio sub Maximiliano rege: & Alexādro papa sexto. Anno domini. Millesimo. CCCCXCIIII.

Bartholomeus Coloniensis: natiōe teutonicus: vir in sæcularibus litteris egregie doct⁹: ingenio subtilis & disertus eloquio: philosophus et poeta præclarus: cui⁹ carmina etiā doctissimi poetæ & mirantur & laudibus attollūt. Scripsit vtroq; stilo nōnulla celebranda opuscula: quib⁹ nomē suū notificauit. E quibus ego hucusq; vidi tm̄ opusculū de laudib⁹ philosophię metro compositum quod prænotauit

Syluam carminum:	li.i.	Cur Plutoni aurū prę.
De secta Diogenis:	li.i.	Quisquis auet cynice.

De aliis nihil vidi.

Viuit vsq; hodie Dauantriæ varia componens: sub Maximiliano rege: & Alexādro summo pontifice sexto. Anno domini quo hęc scripsimus. M.CCCCXCIIII.

Iohannes thurotʒ Pannonius: vir in sęcularibus litteris studiosus & exercitatus: ac diuinarū scripturarū nō ignarus: ingenio pręstans et clarus eloquio. Ferf nōnulla cudisse opuscula: quibus nomen suum notificauit. E quibus extat volumen non abiiciendum: quod multa industria comportauit cōtinens

Chronicam vngarię:	li.iii.	Iugi ocio his annis no.

Et quędam alia.

Viuere adhuc dicitur et varia cōponere: sub Maximiliano rege. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

Hieronymus de Padua: natione italus: vir in diuinis scripturis studiosus: et in saecularibus litteris egregie doct⁹ philosophus et poeta praeclarus: ingenio excellens et disertus eloquio. Scripsit quaedã nõ contemnẽdae lectionis opuscula quibus memoriã sui posteris cõmendauit. E quibus extat libellus pulcherrim⁹: Iesuida praenotat⁹: ad Petrũ donatũ paduanę vrbis episcopum metrice

De passione domini: li. i. Maxime caelicolũ su.

Extant eius et alia.

Viuere adhuc dicitur et varia cõponere: sub Maximiliano rege. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

Franciscus mataracius Perusinus: vir in saecularib⁹ litteris eruditus: et diuinarũ scripturarũ nõ ignarus: philosophus: orator et poeta celeberrim⁹: et in vtraq; ligua peritissimus: ingenio excellẽs et disertus eloquio. Scripsit quaedã praeclara opuscula: quibus memoriã sui posteris reliquit. E qb⁹ extat opusculũ celeberrimũ ad Petrũ Paulũ Corneliũ adolescẽtem

De cõponendis versibus: li. i. Poeticã artẽ veteres.

Epistolarum ad diuersos: li. i.

Epigrãmata multa:

Et alia complura.

Claruit sub Frederico impatore tertio: et Sixto summo pontifice quarto.

Dominicus Mancinus: vir ĩ diuinis scripturis admodũ eruditus: et in saecularibus litteris egregie doct⁹: metro excellẽs et prosa: ingenio subtilis: et clarus eloquio. Scripsit quaedã probata opuscula: quibus nomẽ suũ diuulgauit. E qb⁹ ego legi dũtaxat tractatũ illũ quẽ eleganti metro cõposuit

De passione dñi: li. i. Nõ hoim laudes: nec.

Scripsit et alia.

Viuere adhuc dicitur et varia conscribere: sub Maximiliano Romanorum rege nobilissimo. Anno dñi quo nos ista scripsim⁹. M CCCCXCIIII. Indictione. xii.

Ludouicus brunus: natiõe italus: de Marchionatu mõtis Ferrati: vir vndecũq; doctissimus: vtriusq; iuris pfessor & celeberrimus interpres: poeta laureatus: philosophus et orator insignis: ac diuinarũ scripturarũ nõ ignarus: igenio excellens et disertus eloquio. Fert vtroq; genere scribendi multa

D

præclara cudisse opuscula: sed nihil eorũ ad man⁹ nr̃as memini p-uenisse p̃ter illũ tractatũ quẽ eleganti carmine descripsit
In coronatione
Maximiliani regis: li.i. Sancta per æternũ pe.
De cæteris nihil vidi.
Viuit adhuc & varia conscribere dicitur: sub eodẽ rege Maximiliano. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

IAcobus Sprenger natione teutonicus: ordinis fratrũ prędicatorum prouincialis Coloniẽsis: vir in diuinis scripturis studiosus et erudit⁹: & sæcularis philosophiæ nõ ignarus: ingenio præstans et apertus eloquio: cum pridem esset ab Innocentio papa octauo inquisitor hæreticæ prauitatis constitutus vna cum Henrico institoris eiusdem ordinis theologo: comportauit & scripsit eodem collega suo iuuante volumen contra maleficas mulierculas diaboli instrumẽta pro cautela simplicium: quod prænotauit
Malleum maleficarum: li.iii. Vtrũ asserere malefi.
Si quid amplius scripserit nescio.
Viuit vsq; hodie in cõuentu suo Coloniensi: sub Maximiliano rege Romanorũ clementissimo. Anno dñi quo hæc scripsimus. M CCCCXCIIII. Indictione.xii.

IOhannes Tholosus: natione teutonicus: ex Francia orientali: quæ Franconia dicitur oriundus: canonicus Ratisponensis: & præpositus Forchemẽsis: vir ĩ diuinis scripturis studiosus et eruditus: & ĩ sæcularibus litteris egregie doct⁹ pontificii iuris doctor insignis: astronomus: cosmographus: & poeta celeberrimus: ingenio subtilis et disertus eloquio. Scripsit tam metro q̃ prosa quædam præclara opuscula: quibus nomen suũ posteris commendauit. Sed nihil eorum ad manus nostras memini peruenisse. Feruntur autem ab his qui hominem probe nouerunt eius in diuersis rebus
Epistolæ elegantes: li.i.
Et quædam in Mathematica:
Et quædam alia.
Viuit vsq; hodie in ciuitate Ratisponensi prouinciæ Noricorum & varia conscribit: maximus doctorũ hoĩm fautor: sub Maximiliano rege Romanorũ: & Alexandro papa sexto. Anno domini M.CCCCXCIIII. Indictione.xii.

ADamvuernerus Themarensis: natione teutonicus: vir in saecularib⁹ litteris egredie doct⁹: & diuinarū scripturarū nō ignarus: philosophus et poeta non futilis: ac iuris caesarei clarissimus interpres: ingenio praestans et disertus eloquio: varia scribit: metro ludens et prosa: quibus nomē suū longe lateq; notificauit. Extant eius & multa & elegantissima carmina sparsim de diuersis rebus et materiis

Carminum ad me: li. i. Reuerēdo in xpo pri.
Epistolae quoq; multae:
Ad me cudit de sancta Anna: li. i.
Alia insup cōplura scripsit & scribit indies publicāda. Viuit usq; hodie apd Heydelbergā pędagog⁹ iuuenū principū: sub Maximiliano rege. Anno dñi quo ista cōscripsim⁹. M.CCCCXCIIII.

IOhannes de Duseldorp: natione teutonicus: ordinis fratrū beatae Mariae semper virginis de monte Carmeli: prior Argentinēsis: vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & saecularis philosophiae nō ignarus: theologicae facultatis celeberrimus interpres: ingenio praestans & vita praeclar⁹: dicitur multa scribere: sed celare. Vidi quosdā ipsius tractatus: quorum titulos nunc ad memoriā reuocare nō potui. Viuit usq; hodie apud Argentinam sub Maximiliano Romanorū rege clemētissimo. Anno dñi. M.CCCCXCIIII. Indictione. xii.

THeodericus Ulsenius homo phrysius singularis eruditiōis & peritiae in carmine et orone. Int' q̄ extant eius
Elegiae cultae:
Et alia epigrammata.
Et alia plura q̄ ad posteritatē ventura sūt. Viuit adhuc sub Maximiliano rege Romanorū. Anno dñi. M.CCCCXCIIII.

HArtmānus schedel Nurenbergensis natione teutonic⁹: artium et medicinae doctor: diuinarū quoq; scripturarū non ignarus: ingenio praestans et clarus eloquio: cōportauit & scripsit inter alia ingenii sui opuscula: ex Iacobo Pergomēsi et aliis historiographis addens nonnulla maxime de rebus Germanorū opus grande et insigne: quod continet
Historias temporū: li. i.
De caeteris nihil vidi.
Viuit usq; hodie apud Nurenbergā: sub Maximiliano rege. Anno domini. M.CCCCXCIIII.

IOhannes abbas monasterii sancti Martini epi in Spanhem: ordinis diui patris Benedicti: Mogũtinæ diocesis natione teutonicus: patria Mosellanus: ex villa Trittenhem Treuerensis diocesis oriũdus: quãuis nõ sim dignus q̃ nomẽ meũ cũ scriptoribus ecclesiasticis ponerẽ: propter ingenii paupertatẽ: tamẽ amicis vrgentibus cõpulsus sum in fine huius catalogi: mearũ quoq̃ lucubrationũ titulos et exordia ponere: exẽplo diuorũ patrũ: Hieronymi: Gennadii: Honorii presbyteri Augustudunensis: & Sigeberti monachi Gemblacẽsis: qui se quoq̃ in fine suorũ tractatuũ de his ipsis rebꝰ ęditorũ posuerũt. Scripsi ergo præter hoc opus etiam subiecta. Et primo quidẽ ex mandato præsidentiũ generalis capituli abbreuiaui

Statuta eiusdẽ capituli:	li.i.	Q m̃ volenti singula.
De visitatione monachorũ:	li.i.	Fratres tuos visitabis.
De modo seruandi capitulũ:	li.i.	Q m̃ in celebrãdis ca.
In regulã sancti Benedicti:	li.ii.	Venite filii audite me
Exhortationẽ ad monachos:	li.ii.	Militiæ christianæ cõ.
De temptationibus:	li.ii.	Humanũ genus per.
De vita sacerdotum:	li.i.	Petis a me Nicolae fr̃.
De vitio proprietatis:	li.i.	Oẽs ad vitã æternam.
De miseria huius vitæ:	li.i.	Cũ nihil sit vita p̃sens
De ruina ordinis nostri:	li.i.	Cũ ordinis nr̃i pristinũ.
De illustribꝰ viris nr̃i ordinis:	li.iiii.	Cogitãti mihi ac crebri
Laudes ordinis Carmel.	li.ii.	Precibus et instantia.
De laude scriptorum:	li.i.	Venerabili pr̃i dño.g.
De luminaribus germaniæ:	li.i.	Q m̃ sunt nõnulli.
Epistolarum ad diuersos:	li.i.	Petitis vt copias e.
De sancta Anna:	li.i.	
Sermones varios:	li.i.	

Collationes vero tam in capitulis generalibus q̃ in obseruantialibus vel al'as habite sine certo numero: partim habenẽ: partim sub tractæ sunt. Hæc ergo sunt (præter ea quæ adhuc in manibus imperfecta versantur) quæ me scripsisse ad pręsens recolo. Anno ætatis meæ quarto et tricesimo: assumpti abbatiæ officii decimo: conuersationis vero duodecimo: sub Maximiliano Romanorũ rege & summo pontifice Alexãdro sexto. Anno dñi (quo hunc catalogum iam tertio emẽdaui: augmẽtaui: et cõpleui) per septenniũ fere me in eo laborans. M.CCCCXCIIII. Indictione. xii.

IAm nūc igitur post multos tandē labores operi nostro finem imponamus: qm̄ & si multi restant scriptorū illustrium catalogo digni: nobis tn̄ impossibile fuit oīm vel sola nomina inuenire. Eos vero quorū certitudinē habere potui diligēter cōsignaui: nec quemq̄ scienter omisi: cuius opuscula: ingeniū & tempora scire potuissem. Neq; ignoro q̄ multi eruditissimi viri hodie supsint varia cōponentes: quorū ego nullā feci mentionē: nō ꝙ eos iudicauerim īdignos nostro catalogo: sed propterea ꝙ opuscula sua vel celare maluerūt: vel nō vsq; adeo multiplicata sunt: vt in noticiā meā venire potuerint. Feci quantū potui: nō quantū volui. quippe qui omnes quotquot sunt vel vnq̄ fuerūt (si licuisset) scriptores mihi cōciliassem. Relinquo posteris eā prouinciā: vt de sua vena addant: vbi ego fatigatus destiti. Cæterū vos oro patres cōscripti: qui cælica regna tenetis: qui hunc nostrū catalogum vestris nominibus: ingeniis et lucubrationibus exornatis: quatenus si vera si iusta: si digna: si deniq; grata de vobis scripsimus: omnipotentis dei clementiā pro nobis exoretis: vt culpas abluat: veniā tribuat: sanctū propositū cōfirmet: intellectū illuminet: affectum purificet: participes gaudiorum vestrorum clementer efficiat. Q; si in aliquibus minus q̄ res ipsa requirebat potuimus: veniam nobis o sacratissimi donate: qm̄ sicubi erratum est: vitium est ignorantiæ nō voluntatis. Vos etiam o clarissimi viri scriptores: qui adhuc vitā terrenam & mortalem agitis: vos īterpello: vos obtestor & oro: si qd minus vestris meritis: ingeniis vel lucubrationibus dignū in hoc catalogo peregimus: non voluntati: sed imperitiæ nostræ ascribatis: veniam quā petimus nō negantes: qm̄ sicubi defecimus: eorū culpa fuit qui nobis aliter q̄ se res habet opuscula vestra vel īgenia descripserūt. Lectorē deinde huius catalogi monemus & obsecramus: ne facile contra nos moueatur: si scriptorum nomīa: dignitates patriam: vel opuscula secus exarata īuenerit: q̄ ipse forsitan alibi legit: cū historiarū transacti temporis dissonantiam: nemo vnq̄ potuerit conciliare. Neq; nos aliquid scripsimus: quod non multis locis vel testimoniis fuerit comprobatum. Verum sicut in principio huius opis professi sumus: libēter cedimus opinioni cuiuscūq; beniuoli correctoris: quā et veritas solidā: & charitas reddiderit sinceram. Nouissime vero nobis deridendi sunt æmuli: qui more canum ex consuetudine pessima latrantes: omnia damnant: omnia vituperant: omnia lacerant: quæ vel ipsi non fecerint: vel suis opi-

nionibus inuenerint esse contraria. Mox enĩ vt vel modicũ legere cœperint: stomachantes frontẽ contrahunt: linguã maledicã efferunt: hoc falsum: illud non verũ esse dicunt: iudices temerarii prius q̃ examinatores veritatis effecti. Sed quæ nobis causa cum istis: q nihil vituperant nisi bonum: nihil laudant nisi malũ? Cõtemnẽdi sunt igitur inuidi canes: nõ docẽdi. Nos aũt & si displicere maliuolis existimemus gloriosum: bonis tamẽ & eruditis viris placuisse multo gloriosius arbitramur: a quibus sicubi erratũ esset libẽter corripimur: correcti fructuosius emendamur. Excuset nos amor scripturarũ: pro quibus hoc onus graue intrepida ceruice subiuimus.

Finis libri de Scriptoribus ecclesiasticis dñi Iohãnis de Trittenhem Spanhemensis abbatis. Sequuntur additiones nonnullorum illustrium virorum.

¶AD SVPERIORES ILLVSTRIVM VIROrũ partim hincinde excerptorũ: partim recẽter insertorum. Additio.

MArianus: natione Romanus: patria ʒiniʒanensis: ordinis heremitarũ sancti Augustini: theologus consultissimus: ac totius ordinis generalis prior: hoc ęuo nostro tanq̃ lucifer: et quidã sol perfulgidus suis exquisitissimis declamationibus: & nouo quodam concionandi genere emicuit: ac veluti alter electionis vas mundo oblatus tantã ingenii vim et docendi robur de se ostendit: vt dicere ausim: nemiñe in hoc sæculo inueniri vnq̃ potuisse qui cũ eo exquireret cõparari. Erat profecto talis ac tantus: vt nihil ex eo esset in omni politiore disciplina frustra desiderandum. Nam in suis declamationibus ad populũ ita verbis lectis disertus erat & sententiosus etiam canora voce: vultuq; ac cæteris corporis motibus ad rem erat accomodatus: vt nihil ad laudis cumulum addere possis. Quanta autem huius viri doctrina: quanta eloquentiæ vis ac maiestas fuerit/partim ex sermonibus/ partim ex epistolis et orationibus a se eruditissimæ ęditis quisq; dilucide elicere potest.

Scripsit enĩ sermones varios.

Orationum: li.i.

Epistolarum: li.i.

Obiit autem cum magna reipublice christianæ iactura. Anno domini. M.D.

De fœlicitate: li.i.
Philosophi/medici et oratoris declamationem.
Ebriosi: scortatis: & aleatoris declamationẽ.
De passione dñica neniam.
De fortuna carmen.
De duobus amantibus carmen.
De cupidine deo amoris carmen.
In maledicam carmen.
Epigrammata varia.
De terremotu et pestilentia cum anotamẽtis Galeni opusculum.
Annotationes in Seruiũ.
Annotationes in ius ciuile.
Commentaria in Propertiũ.
In Suetonium.
In Tusculanas quæstiones.
In Apuleium.
In Titũ Liuium annotationes.
In Rhetoricam Ciceronis.
In Horatium flaccum.
In Persium.
In Siluium Italicum.
Scripsit et plura alia quæ nondum ad nos peruenere.
Obiit Bononiæ non sine magna rei litterariæ iactura. Anno domini. M.DX.

POntiacus virmius: patria (vt aiunt) Taruisinus: eruditissimus philosophus: latinæ græcæq; litteraturę studiosus industria: labore: ingenii viuacitate: sine vllo parentum auxilio eo doctrinæ euasit: vt ob ingentem eruditionem magno apud Ludouicum sphortiam: et per totam Insubriam habit⁹ sit in præcio
Scripsit autem quæ subiiciuntur.
In Claudianum commentaria.
In Iohannem sacroboscensis spheram cõmentaria.
De obscuris auctorum locis et corruptis nominibus: li.iiii.
De miseria litterarum: li.ii. carmine.
De laudibus beatricis Mediolanensis reginæ librum vnum carmine.

Elegiarum et epigrammatũ: li.ii.
In Cromata Crisalore commentarium.
In Achileida statianã commentariũ.
In Ouidianam metha.cõmentaria.
In Virgilii opera cõmentaria.
De arte diuinandi: li.xvi.
Odysseam Homeri transtulit in latinum.
Hymnorũ eiusdem Homeri: li.iiii.
Euripidis tragedias sex.
In medicina traduxit Theophilum.
De pulsibus et vrinis.
Item Aenium de pulsibus et vrinis.
Inuectiuarum: li.i.
De intitulationibus: li.i.
Apollonii argonautica in latinũ vertit in li.iiii.
Alia quoq; multa et latina fecit et emisit.
Floruit sub Ludouico sphortia.

NIcolaus Leonicenus oratorũ oĩm suæ ætatis elegãtissimus: in philosophia consummatissim⁹: & rerũ naturalium nõ ignar⁹: multa in medicina eleganter & copiose tractauit.

In Galeni opera commentarios quos etiam latine loqui compulit: ędidit.
Item opusculũ in eadẽ disciplina: in quo oĩbus ęgris salutẽ et vitã restitui conciliariq; posse docuit.
Extant et q̃plurimę eiusdem epistolæ: quæ maximã ei⁹ doctrinã præseferunt & ęlegantiã.
Floruit hoc eodem tempore in Italia sub Ludouico sphortia.

AMbrosius Calepinus Bergomensis: ordinis diui Augustini hac ætate floruit: diuinarum et humanarũ litterarum indagator studiosissimus. Vnde opus pergrande sua industria magno labore ex innumeris prope auctoribus collectum de vocabulorum noticia: ac præpositionum interpætatione græca et latina cum auctorum attestatione nobis commune fecit. In quo non solum quæ ad litteraturã et poetarum et oratorum cognitionem plurimum conferunt: sed etiam quæ ad medicos: philosophos: necnõ doctores ecclesiasticos ptinẽt vocabula: docte satis eleganterq; explicuit: explicita in veriorẽ lucẽ q̃ in qbusdã

aliis codicibus cõsimilib⁹ legenda reliquit. Que pfecto doctis pariter et indoctis nõ mediocre attulerũt subsidiũ. Hinc enĩ factũ est vt q̃ apd barbaros iã barbara euaserãt latina fiãt. Quæ vero apd doctos in dubiũ reuocabãt: nũc pateãt discussa dubietatis nebula.

Petrus burrus belgicus: patria Brugẽsis canonic⁹ ambianus diuinis et humanis litteris clar⁹ Parrhisiis sub Carolo octauo Frãcorũ rege floruit: vbi ea bonarũ disciplinarũ virtutũ probatissimorũ morũ: pietatis: religionis: celebritate adoleuit. Vt pleriq; et potissimũ gandinarrtorũ familia hoc vno solo suis pro liberis instituẽdis: aliisq; permultis nobiliorib⁹ adolescentulis vti voluerit præceptore. Nec plane iurandũ: vtpote q vn⁹ inter paucos hac nostra ætate/eloquentiã/poesim/cæterasq; artes bonas cũ sapientia iungere doceret/nec artes sine moribus: mores vero sine litteris prodesse. Quod quidẽ eius opera indicãt ĩ quib⁹ quid potissimũ admireris nescias sententiarũ ve grauissimarũ sanctissimarũ põdera. An stili poematisq; varietatẽ. An rerũ vborũq; decorũ. An callidas iuncturas. An lepidũ vocularũ contextũ. An carminis subinde fluorẽ et concentũ. Deniq; an sexcẽta alia ornamenta ita vt omnis g̃ras/charites/lepores/ac dicẽdi veneres huc cumulatissime cõgestas merito dixeris: cũ tamẽ aut turgidũ: aut ĩflatũ cõspiceẽ nihil. Quo circa si hic burrus Quintiliani scripsisset tpe. Nõ vtiq; dixisset. Ab lyricorũ Horatius fere solus legi dign⁹ Nã et hic qui et legaẽ etiã a sanctis monialib⁹ dignissimus est. Si quidẽ cũ (quod ille nõ est) totus sit castus: totusq; christian⁹: et xp̃ianã religionẽ suauiter redolẽs. Nõ minimus tñ q̃ ille insurgit aliqñ plenus iucunditatis/gratię/& variis figuris et verbis fœlicissime audax. Vt ex eius operib⁹ subscriptis et in lucẽ emissis cuiq; promptũ est dinoscere. Sunt aũt hæc fecũdissimi illi⁹ ĩgenii monimẽta

Odarum:	li.iiii.
Exametrorum:	li.i.
Apologorum:	li.i.
Elegiarum	li.ii.
Epigrammatum	li.i.
Moralium:	
Canticorum de duobus festis:	
De aduentu domini:	
De vigilia domini:	
De natiuitate domini:	

Obiit ambianis anno. M.DVII.

IAcobus faber stapuleñ. celeberrimus nr̃i sæculi philosophus belgice quinimo totius Gallię vnicũ decus. Hac nr̃a tempestate diuino quodã munere ĩ rei litterarię remedium datus: oẽs philosophiæ partes a caliginosa quorundã sophistarum barbariæ vendicauit. Et quæ iã oĩno latinę loqui dedidicerãt ac lõge ab Aristotelis: cæterorũq; vere philosophantiũ mẽte abierant: in pristinã et sermonis et doctrinę maiestatẽ restituit ea structura et serie: vt nihil desit addendũ: nihilq; sine vitio se offerat demendum: tanta industria: tantumq; in oĩbus suis operibus artificium: tanta in dicendo dignitas vt cũ philosophia quisq; vel mediocriter doctus eloquentiã (quod antea nõ licebat) cõsequi vberrime possit. Primus em̃ apđ Gallos (vt Cicero apud Romanos) philosophiã rudẽ adhuc et impolitã cum eloquẽtia iunxit. Nã cũ antea Parisiis peregrinaretur ciuitate donauit. Vnde non solũ philosophiæ rudes: sed etiã docti aliquantũ se arbitrãtur adeptos & ad dicendũ & ad indicandũ. Est em̃ in dicẽdo sublimis. In sentẽtiis gra

uis. In inuentiõe exquisitus. In cõpositiõe diligẽs et curiosus: nec suorũ tm̃: sed etiã alienorũ operũ ad hoc siquidẽ vnũ natus videtur vt palestræ litterariæ cõsulat: bonas artes instauret: et ĩ antiquum splẽdorẽ reducat. Ea est huius viri cura: ea oblectatio ad studiũ: eo cogitatus omnis: eo mẽs/eo anim⁹ dirigit̃. Quod vt liberius fiãt nõ mõ patrimoniũ quod nõ cõtemnẽdũ stapulis habebat instar demetrii suis cõdonauit: sed & dignitates/officia/beneficia & honorificia et opulenta abiecit cũ thebano crathe ratus talia raro virtutib⁹ coherere. Deniq₃ vt exiguo cõcludas oĩa versu.

DITAVIT SOPHIA SEȨCVLA NOSTRA FAber

Sequuntur aũt q̃ in artibus liberalib⁹ a se cõtexta sunt. Primũ est Paraphrasis in logicã Aristotelis miro artificio elaborata:

In phisicen Aristotelis introductio. Et paraphrasis stilo non ineru dito contexta.

In Ethicen eiusdẽ paraphrasis et introductio.

In Economica cõmentarius.

In Politica cõmentarius et introductio.

In Arithmeticam Iordani cõmentarius et demonstrationes.

In Seuerini Boetii libros arithmeticos epithomȩ.

In Musicam elementa quædam.

In astronomicũ ĩtroductoriũ Iohãnis de sacro bosco cõmentari⁹.

Astronomici theorici corporũ celestiũ: li. ii.

Introductio in sex libros Methaphisicos aristotelis & ĩ eandẽ cõmentarius.

Cætera quidem maiora ĩ liberalium artiũ facultate expectantur Sed neq₃ his content⁹ vir religiosissimus rebus diuinis animũ intendit: & se illis totum dedidit: magnum theologis nostris et diuini verbi scrutatoribus ornamentum & adiumentum allaturus: vt pote qui implicita explicet: obscura elucidet: innodata enodet: trũca et mutilata passim loca restituat. Quod ex his quæ in hac sacratissima diuinæ sapientiæ disciplina: aut traduxit: aut scripsit: aut correctius emendatiusq₃ imprimi curauit facile deprȩhẽdi potest Sunt autem subscripta

Io. Damasceni translatio:

Commentaria in Ricardum:

De trinitate:

Commentaria in Ecclesiasten:

Commentaria in epistolas Pauli:

Scolia in dionyſii ariopagite opera:
De ornatu ſpiritalium nuptiarum:
Cōmentaria in Hugonem de ſancto victore.
Viuit Pariſius quotidie noua quædā fabrili ſua incude cudens.

GVuilhelmꝰ Budeus Pariſieñ. ex clariſſima Budeoꝝ familia natus: hiſtoricus: poeta: philoſophus: oratorq̃ diſertiſſimꝰ. Nō modo fortunę: ſed etiā animi dotibꝰ pulcherrime ignitus. Hac noſtra tempeſtate per vniuerſam Italiā: nedū ꝑ Gallias ob incredibilē ipſius oīm ſapiētiarū noticiā clareſcit: indies vtraq̃ lingua eruditiſſimus: ingenio prope diuino: eloquio graui et terſo: in omni diſciplinarū genere doctiſſimꝰ: & præter doctrinā ſingularē vir certe ꝑhumanus / affabilis / modeſtus: ac multa veneratione dignus. Scripſit aūt orationes et epl̃as ꝗ plurimas
Elegias et epigrammata diuerſa:
Annotationes in quattuor et viginti pandectarū / ſeu digeſtorū libros ędidit. In reliquos ęditurꝰ vt ipſe in ea quā ad Iohannē de ganayo magnū Francię cancellariū ſcribit epiſtola teſtatur
Quandoquidē annotatiōes ꝗte ſint eruditiōis et doctrinæ cuiq̃ ꝑpendēdū relinquit̃. Viuit Pariſiis magna oīm expectatōe: a quo maiora propediem in lucem prodibunt.

GVuilhelmꝰ caſtellꝰ ſeu caſtalius Gallus: poeta et orator terſiſſimus. Turoneñ. patre criſtiano caſtello doctore Pariſieñ. regio medico Martina parente biturica: Turonis naſcit̃ anno dñi. MCCCCLXVIII. vbi prima litterarū cunabula edoctꝰ Pariſius (vt moris eſt) ad fructuoſiores ſolidioreſq̃ diſciplinas capeſſendas mittit̃ Iohāni anglico fratri Materno viro ī diuinis humaniſq̃ litteris apprime erudito. In burſam (vt triuiali vtar verbo) Nauarricā ſucceſſurus: vbi liberalibꝰ ſtudiis et ꝓſertim humanioribus eā nauant operā vt breui tꝑis curriculo ſocios omnes ætate et doctrina præcedētes nō modo ęquauerit ſed etiā longe ſuperauerit. Tanta rei litterariæ ſitis: tantus amor: tanta cura: tantū ſtudiū. Hinc ſubito fama ſuꝑ ęthera notus: in gymnaſiū Burgundiacū ad inſtituendā melioribꝰ politioribuſq̃ litteris iuuētutē a Bernardo roilleto viro oīm bonarū diſciplinarū cumulatiſſimo eiuſdē gymnaſii rectore primario accerſitus primæ humanitatis claſſi præficit̃. Hinc exanclato dialectices agone et diſcipulis laurea donat (Nauarricū gymnaſiū repetit humanis diſciplinis diuina (ad quas ſemꝑ anhelauerat) adiūcturus. Tandē adepto in ſa-

cratissima theologiæ facultate doctoratu Turonũ secessit: vbi honorificis ecclesię beneficiis archidyaconatu & canonicatu honestatus cũ suis viuit: orationi & prædicationi intẽtus. Quod superest temporis bonis disciplinis impẽtit nomini et posteritati cõsulens vt iã cepit multis operibus q̃ in lucẽ emisit. Quorũ noĩa subiiciũt.
Sibillinũ de iudicio extremo carmẽ.
Egloga cuj nomen enmorphus.
Carmen de stultis mulierũ votis.
Dialogus in Iacobi fabri stapulensis laudem.
Elegiarum: li.i.
Epigrammatũ: li.i.
Epistolæ ad diuersos multæ et variæ.
Expectantur longe maiora.

IOhãnes bartholus Parisieñ. doctor: medicinę oĩm hui⁹ ætatis excellẽtissimus: & ob id apollinis et esculapii noĩe a variis etiã cuiusuis disciplinę & amãtissimis et peritissimis peculiariter donatus. Tantæ est apđ oẽs & auctoritatis & doctrinæ: vt quẽ illi cõferas inuenias profecto nemiñe: siue quæ suæ sunt professionis quæsieris: siue quæ sint alterius cuiusuis dogmatis. Quandoquidẽ in oĩs disciplinæ genere cõsummatissimus: de oĩbus ita docte/ita elegãter/ita scite prompteq; disserit: ac profunde sapit: vt vnus oẽs tã diuinas q̃ humanas artes studiosissime cõplexus sit.

ANtonius siluiolus Parisieñ. poeta et orator insignis: cũ multa linguarũ genera calleat: tribus tñ gallica sc; latina et vulgari Itala excellit: quibus cũ apud oẽs: tũ apđ quosq; et doctissimos et nobilissimos: & præsertim domus ambosiane Francę gentis: maxime et noĩatissime proceres eã sibi famã & gratiã conciliauit: quã nulla inuidorũ obtrectatio dissoluat: nulla ædacis caries vetustatis aboleat: vtpote q iã hoc triplici linguæ dono ĩmortalitatẽ sibi quæsierit: nec minoris hac suauissima Gallicæ linguæ volubilitate apud nostros habeatur: q̃ danthes apud Florentinos. Quanta vero eloquẽtia laboret: suo ingenii lumine polleat: qua inuẽtiõis subtilitate emineat: quo dispositiõis artificio præstet: qua varietatis fecũditate scateat: qua deniq; rerũ sentẽtiarũq; grauitate incedat: locupletissimũ præclara eius opera dant testimoniũ. Scripsit eñ multa et præclara imprimis in vulgari suo comedias plures: in quib⁹ ostendit q̃ varius/q̃ abundãs/q̃ facũdus

q̃ elegãs: q̃ facetus: deniq; q̃ vrban⁹ fuerit latinę ꝟo subnexa emisit

Elegiarum: li.i.
Epigrammatũ: li.i.
Dialogos plures et graues.
De Venetis triũphum.

Scripsit et indies scribit alia lõge maiora: quib⁹ Gallis et suos esse poetas et oratores Italis nõ inferiores: quin & illis superiores ostẽdat. Si his linguæ inuolueris (quibus Italus oĩs aut blanditur: aut aurã aucupat) iugem et irrequietum laborẽ impẽderet. Viuit adhuc et vescitur aura ętherea: reuerẽdi in christo patris Georgii ambosiani archipræsulis Rothomagensis orator.

GVilhelmus copus Basiliensis: eruditissimus philosoph⁹ latinæ græcæq; peritissim⁹: hac nostra ætate Parisiis arte medica (cuius est doctor et professor eminẽtissim⁹) excellit: ad cuius ædes nõ modo Parisieñ. tãq̃ ad vnicũ salutis remediũ confugiunt. Sed etiã qui huic nostro regno præsunt audita viri fama ocissime mittentes acciũt: eius opẽ sentiũt. Vnde vn⁹ ĩter oẽs huiusce professiõis antistites nõ sibi peperit: nescio an ĩmortale: an inuidiosum potius. Est aũt hic Guilhelmus ingenio subtilis eloquio tersus: sermone disert⁹: doctrina admirabilis: & rerũ naturaliũ scientia nulli postponẽdus. Viuit Parisiis sub Ludouico huius noĩs duodecimo magna sui apud oẽs et celebritate & expectatione. Cudit eñ quæ posteritas legat: inter quæ iã habemus.

Pauli cegmetę præcepta salubria ab ipso latino decore vestita.
Idem Hypocratis prænostica.

IVdocus clicthoueus Neoportueñ. doctor theologus cõsummatissimus: philosophus nitidissimus: oratorq; adeo insignis: vt ferinos hoĩm mores: & omne mortale genus diuina potius q̃ mortali facundia cõponat. Qui ad hec natus officia: vt litterarũ ignaros rectis habenis dirigat: insulsos terso eloqo erudiat: philosophiæ splendore destitutos: pulsa procul caligine nitidissimo fulgore illuminet. Hũc his nobilissimis animi dotib⁹ & dignitate: natura parens insigniuit: vt quicquid hoc in mũdo sensibili moliatur rei litterariæ propagãdę acõmodet. Quæ eñ scabra feda/hiantia/barbaraq; sunt expolire: & suũ philosophiæ repare nitorẽ summope nititur: & maxime in sacris eloquiis interpratãdis studiũ cõterere anĩo menteq; decernit. Diuina hunc adeo exornãt eloquia: rerũq; supra mundanarũ cognitiões vt eũ in terris morta-

lem adhuc vitã spirantẽ fulgentissimis cęlestiũ choris admisceat: sua profusissime doctrinæ eximia monimẽta magno voluminũ numero nobis ventureq; posteritati reliquit: maiora tandẽ relictu rus. Scripsit enĩ quæ hac serię digesta scribũtur.

In Augustini dathi ęlegantias cõmentariũ.
In introductionẽ Arithmeticã Seuerini boetii cõmentariũ.
De praxi numerandi cõpendiũ.
In Iohannẽ damascenũ cõmentariũ.
De vera nobilitate librũ eximiũ.
In paraphrasim physices Aristotelis scholia.
In introductionẽ paratã in physicen Aristotelis cõmentariũ.
In introductionẽ paratã in libros metaphysicos Aristotelis commentarium.
In introductionẽ elaboratã in Ęthica Aristotelis cõmentarium.

CArolus bouilus Beromãdius samarobrin⁹: vir et rhetorico liquore: poetica varietate: totius philosophiæ micãtissimo splendore expolitus: geometraq; insignis. Quẽ q dem ad diuina potius peruestigãda rerũ secreta: entiũq; oĩm latitãtes essentias natura produxisse credit: q̃ vt mortali corpe itercept⁹ humanã vitã duceret. Adeo enĩ euecto ingenii acumine insignit⁹ vt nõ modo terrenorũ entiũ naturas (pri⁹ ceca caligine obductas) in lucẽ educat. Verũ et stelliferos orbes: patulãq; celorũ machinã duce philosophia profundissime penetret: entiũ supnaturaliũ naturas mũdanorũ philosophica proportione præmõstret indifferabilẽ celestis curiæ trinitatẽ: & numerorũ philosophica ostensiõe: & terrenarũ rerũ vnitissima scrutatiõe exacte p̃figuret. Hic p̃rsus & maxime philosophiæ cõtẽplatiue: geometricisq; abstractionib⁹ deditus est: vt sepe numero horis nouẽ trunco arboris innixus ĩmotis oculis/ĩmoto corpore sui suorũ humaniq; vict⁹ oblit⁹ et mole corporea solutus rerũ naturas cõtemplari visus sit: vt potius aĩa corpore soluta in cęlis degere q̃ humanis vinculis astricta hoc in mũdo sensibili auras vitales corpore videret. Multa sui ingenii acumine adinuenit priscis sęculis inuisa. Quadraturã enĩ circuli: suis geometricis machinamẽt cõtexuit: quã philosophorũ null⁹ antea satis exacte adinuenerat. Librũ de nihilo magna cũ oĩm admiratione mira ingeniositate præscripsit. Aliaq; q̃plurima philosophica opa quæ null⁹ mortaliũ exactis retro seculis pręuiderat posteritati reliquit.

In Geometriā libros sex introductorios.
De circuli quadratura: li.i.
Introductionē in scientiā per spectiuā.
Librū de intellectu diuino: angelico: & humano.
Librum de sensu.
Librum de nihilo.
Artem oppositorum.
Librum de generatione.
Librum de sapiente.
Librum de duodecim numeris.
Epistolas philosophicas cōplures.

GVilhelmus de quercu: doctor theolog⁹ insignis: hac nostra tēpestate cæteros inter oēs mortales cōsilio: morib⁹ sacrisq; eloquiis eminētissimus: qui dū illa Gallorū maiestas horrifico sūmi pontificis/anglorū/hispanorūq; insultu & atroci bellorū apparatu præmeref: solus suo cōsilio et sana anī sentētia Gallorū angustiæ et necessitati benignissim⁹ occurrit. Hic nempe alpes transuectus Pisanā accessit ad vrbē vbi maximā & cardinaliū episcoporūq; contionem sup re Gallica: & tanto bellorū pdigio differentē sola sua anī sagacitate corroborauit: tantiq; concilii ptes sibi vēdicauit eminētiores. Nec minori i populo ad diuina officia subeūda vtitur eloquio. Tanta em̄ et sententiarū grauitate & diuinorū consiliorū cognitione excult⁹: vt indomitos mortaliū mores barbarosq; populos facili cōponat eloquio: ad nitidāq; summi creatoris agnitionē: benigna voce: gratis oculis: gestu moderato: & similitudinibus iucundis facile reducat.

REnatus garnerius Luxioneñ. in vtroq; iure doctor: nr̄æ ætatis peritissimus: qui ob suā in omnigeno disciplinarū genere: tū maxime præclara legū facultate claritudinē sui famā atq; dec⁹ per varios terrarū tractus disseminauit: meritoq; in cōdendis īterpretandisq; passim legib⁹ Ligurgi: Socratisq; partes facile sibi vendicauerit. Tersiori eteni vocis eloquio: spectata professione: anīo sagaci: placido gestu: legū enigma soluit: vt picta uicos fines perpetuo decorauit honore: totāq; Galliā indies sua nobilitate eminentia.

CHristoferus longolius Parisieñ. philosophus ingeniosissimus: nostriq; sæculi orator clarissimus: quē vt natura parens maximis decorauit anī dotibus: & naturali ad rerū

indagandas naturas præparamẽto insigniuit. Ita fortuna bonorũ cumulis ingentissimis et gratissima dexteritate eũ vberrimæ donauit. Qui naturã ei beniuolã: nobilissimasq; anĩ dotes inspirasse aĩo repetens: ita naturæ munera et labore et exercitio exauxit: vt nostræ ætatis philosophus clarissimus: oratorq; exuberãtissimus euaserit. Hic Pliniũ in præclara Pictauica achademia inenarrabili structura professus est: vt nõ mortali eloquio fretus: sed potius cęlorũ penetralibus educta sententiarũ varietate roboratus oĩm sine discrimine videret. Hũc Parisiana (disciplinarũ alũna) academia & moribus: et oratorio succo: litterisq; philosophicis nõ inelegãter erudiuit: nihilominus tñ non Gallico satiatus eloquio Italicos lares (maiora cõiectans assequi) festino pede aggredit: vbi & facili rerũ experientia: tersoq; edoctus eloquio: Gallicos tandẽ fines pede reuerso accessit: vbi suæ eloquentiæ et doctrinæ ędidit testimonia. Quartũ eñ vix et vigesimũ annũ exagitãs ĩnumera voluminũ varietate (posteritati cõsulens) suæ doctrinę monimẽta ędidit sequacibusq; suis hac digesta serię reliquit.

Orationẽ de diui Ludouici Francorũ regis & gentis Gallorum.

Laudibus ad Franciscũ valesium Delphinũ.

Orationes et epistolas prope innumeras.

Elegias et epigrammata varia.

Cõmentaria in Pliniũ quę Pictauii publice cũ summa oĩm admiratione docte et elegãter interprætatus est.

Quædã in iure ciuili dũ illud Pictauii publice profiteret.

IOhannes stephanus floruit hac nostra tẽpestate: natiõe Italus: versellarũ epũs: cardinalis Bononiẽsis: & rei litterariæ cultor exactissim⁹: quẽ quãto excellẽtiorib⁹ et eminẽtissimis fortuna dignitatib⁹ euexit: tanto natura nobiliorib⁹ decorauit anĩ dotibus. Hic nempe cũcta etiã dignitatũ clarissima fastigia ocio litterario et rerũ exquisitis naturis semp postposuit. Et suo tandẽ infatigabili labore et ĩdustria effecit: vt Aristotelis magna moralia priscis sæculis nunq̃ ꝓcognita nobis cõmunia fecerit quæ Iacobus faber nostri sæculi philosophus eminẽtissim⁹: & philosophiæ defensor acerrimus ipsius auspicio ĩpressioni commisit posteris fructus non exiguos allatura.

GVilhelmus de mara floruit hac tẽpestate: natione Neustrius: ex deserto Cõstantini pago oriũdus: a parentibus nobilis prosapiæ: atq; sctissime vitæ procreatus. Nũc ca-

thedralis ecclesię Cõstañ.canonicus ac thesaurarius:orator ac poeta insignis. Hunc adhuc puerũ existentẽ insignis theolog⁹ doctor Io.boucardus quondã Abrinseñ.epũs ac confessor regius suscepit in disciplinis ęducandũ ob pręclaras anĩ dotes quas in puero cernebat. Nec solũ ipm per alios curabat erudiendũ: sed etiã ipemet qñ per ociũ vacabat erudiebat nõ parũ se oblectans in tã fertilis agri cultura. Ac tñ de præclara eius indole sperabat vt nõ dubitauerit eũ in ea ætate beneficio donare: maiora profecto daturus si super uixisset. Deniq; Guilhelm⁹ ipsę ad p̃clare studiũ Parisieñ. ꝑfect⁹ in modico tpis interuallo eo euasit: vt nullus in arte oratoria aut poetica eo celebrior habereť. Vnde Ro. Brissonetus quondã Remẽsis archiepũs:ac Frãcię cancellarius in tanti viri famã audiens eũ sibi in secretariũ accersiuit. Quo qdẽ Roberto mortuo Carol⁹ octauus dedit hunc Guilhelmũ cancellario suo Guidoni de Rupe forti. Carolus eñ ipm Guilhelmũ diligebat ꝓpter rithmos nõ ĩsulsos quas ipse lingua gallica nouerat elegãtissime cõponere: et etiã ꝓpter artẽ scribendi in quocũq; litterarũ genere in qua sibi parẽ nõ inueniebat. Postea reuerẽdissimi⁹ cardinalis sctĩ maclouii Guilhelmus brissonet⁹ hũc sibi a Guidone de Rupeforti ĩpetrauit vt esset eius auricularius:apud quẽ diu mansit. Sed demũ curialiũ miseriã ꝑtesus:ac tpis iacturã ęgre ferens cõcessit in studiũ Cadomẽse vbi rectoria dignitate:et postmodũ laurea doctorali ĩ vtroq; iure donatus est. Estq; in eo studio iura plurib⁹ annis professus:tandẽ ĩ canonicũ ac thesaurariũ cathedralis ecclesiæ Constañ. assumpt⁹ vbi residet soli deo seruiẽs:& bonis litteris quib⁹ posteritatẽ ditatur⁹ est

Hæc sunt quæ iam extant suæ doctrinæ testimonia.

Conflictus in chimerã ad Iohannẽ de ganayũ magnũ Francię cãcellariũ opus sane egregiũ atq; sanctũ: in quo illa tria p̃cipua vitia quib⁹ totus mũdus inficiť atq; venenať: superbiã scʒ:libidinẽ:atq; auaritiam eleganter insectatus est.
Opusculũ de sacrosctã eucharistia ad Guilhelmũ Constañ.epm.
Paraphrasis in museũ de herone et leandro ad Nicolaũ de cerisay sancti germani Parisieñ.decanum.
De amoribus liber vnus ad eundem.
De laudib⁹ liber vnus ad Io.brissonetũ regiorũ calculorũ p̃sidentẽ.
De probris liber vn⁹ ad Carolũ guillart parisei senat⁹ præsidẽtẽ.
Neniarum ac epithaphiorũ: li.i.
De diuinis: li.i.
Multa præterea in oratione pedestri scripsit q̃ nondũ ĩ lucẽ ꝓdiere

MAtthæus ebroiceñ. normãn⁹: de ordine fratrũ prędicatorũ: ꝓfundissim⁹ scpturarũ idagator: vir vtiq; religiõe plen⁹: ac litteris sup pẽthatheucũ ysaiã & alios q̃plures veteris ac noui testamẽti libros egregiã fecit postillã: quæ in libraria cõi ꝯuẽt⁹ Ebroiceñ. supradicti ordinis cui⁹ alũnus fuerat reposita habet. Floruit aũt vt ex quibusdã eius scriptis apparet circa tpa Caroli sexti Frãcorũ regis. Hui⁹ libros cũ p quaternos dispsi essẽt recollegit frater Robertus baiguardus theologiæ doctor & confessor christianissimi Francorũ regis Caroli septimi eorundẽ ordinis & cõuentus: ipsosq; reposuit in cõmuni libraria eiusdẽ domus.

GVido Ebroiceñ. egregiorũ sermonũ cõpilator: circa hęc etiã tpa floruisse credit: eiusdẽ ordinis frat: qui etiam p̃ter regulas tichonii quædã aptissima dedit documẽta ad sacrę scripturę sensum capescendũ: ostendens ex quarũ rerũ ignorãtia in doctrinæ sacræ expositione errare sepius cõtingit: quæ i quorũdã cõuentuũ bibliothecis int cætera eius opa recollecta iueniũt

LAurentius geruasii de cõuentu Lexouieñ. ordinis prædicatorũ in normãnia. Regnãte Ludouico vndecimo Francorũ rege apud Parisios clarus habitus est: doctor theologus: vir vtiq; scientia et doctrina famatissimus: qui ꝓpter excellentẽ eius sapientiã cũ maxime sanctissimi doctoris Thomę acquinatis doctrinam calleret ad reformandũ in melius Coloniense studiũ missus: cũ ibidẽ supra modũ ꝓfecisset exinde rediẽs apd diuionũ burgundię oppidũ spiritũ reddidit: ibiq; cũ fratribus sui ordinis sepultus: vtilia valde opera quæ copulata magistri Laurentii geruasii dicũtur super totã summã theologię angelici doctoris (cuius videlꝫ doctrinæ dũ viueret emporiũ dicebat) reliquit.

SIluester de peierio Bononieñ. ordinis fratrũ prędicatorũ doctor venerabilis: ac clarissimus sane doctrinæ scti thome acquinatis expositor pariter et acerrim⁹ defensor: circa tempora Innocentii octaui pontificis maximi in lombardia floruit. Scripsit eñ defensoriũ doctrine. s. Thome quęstio: Io. capeoli scripta breuiãs: luce clarius doctrinã sanctissimi doctoris irrefragabilem demõstrat: ex ipsius dictis oĩm aduersantiũ argutias dissoluens. Scripsit etiam introductorium logice.

Item summã sermonũ quæ rosa aurea nuncupatur.

Item summã de casibus cõscientiæ.

Item malleum Scotistarum.

Item super quattuor libros sententiarum.
Adhuc vsq; tempora perseuerat scribendo: bononie degens vsq; videlicet ad annum domini. DXII. supra millesimũ.

Dominicus de Flandria: doctor clarissimus: eiusdẽ ordinis Bononiensis: eisdẽ temporibus quibus et præcedẽs Scripsit quæstiones methaphisicales.
Quæstiones de anima.
Item super libros posteriorum.
Obiit aũt p̃sidẽte i cathedra petri Alexãdro ~~octauo~~ ·6· sũmo põtifice

Paulus Soncinnas eiusdem ordinis hisce temporibus. Scripsit quæstiones Methaphisicales.
Item super prædicabilia & prædicamenta.
Eo dem tempore: vel eo circa quo & præcedens vita functus est.

¶ Finis libri de Scriptorib9 ecclesiasticis Disertissimi patris dñi Iohãnis de Trittenhem abbatis Spanhemẽsis cũ multis additionib9 illustriũ virorũ impressi Parisiis. Anno dñi. M. DXII. Die vero. xvi. mensis Octobris.

